habeat rectorem, ſed facile ſubmergitur: quomodo mundus conſtitiſſet tam diu, ſi nemo gubernaret eum? Et ne quid nimium dicam, finge nauem eſſe mũdum, carinam terram, uelum eius cœlum, homines uectores, mare ſubiectam profunditatem, quomodo in tam longis temporibus non factũ eſt naufragium? Relinque igitur nauem ſine rectore ac nautis, unum diem, ac ſtatim uidebis eam demergi. Sed mundus nihil eſt paſſus tale, cum durauerit quinquies mille, ac multo plures annos. Et cur dico de nauigio? paruum tugurium quis inter uites conſtruxit, & poſtea collecto fructu, eam deſeruit, ac ſæpe nec duos dies ꝑdurat, ſed diſſoluitur, & collabitur citò. Non aũt ſine proſpiciente ipſi tuguriolum ſtaret, ac tantum opus maneret incollapſum in tempus tam longum ſine prouidentia? Vide mihi pulchritudinem hominis, ꝙ diu duret, ac nõ ſit corrupta. Intuere uim terræ, quomodo non ſit ruptus, qui tam longo tempore peperit, eius uterus. Vide mihi fontes, quomodo ſcaturiant, & non defecerint, ex quo ſunt conditi. Vide mihi mare, quot receptis fluminibus,

non

non tranſierit limites. Iure de illorũ quæ dicta ſunt, unoquoqꝫ dicitur: Magnificè prædicata ſunt opera tua, Domine, ſapienter feciſti omnia. Quomodo enim abſurdum non eſt, nec rationes petere, nec repræhendere aſsidentem, & uidentem fabrum diuidere, ac ſecare ligna, & in medicum non inquirere, qui ſecat, & urit carnem, atqꝫ in caueam includit, ac affligit fame decumbentem, ſed quieſcere, & tacere: ſapientiam uerò non exprimendam uerbis, & non efferendam humanitatem excutere, ac in ea re multum eſſe occupatum? (Auxiliari etiã, & profundere pecunias pro iniuriam patientibus, & paupertatem non facile non grauentur) in totum autem inquire. Cur hic eſt pauper, cur ille medicus eſt? cur ille diues? Non deorſum intueris, & noſcis teipſum, ac freno linguę impoſito, etiam contrahis intelligentiam, abiecta illa curioſitate faciendi multa, quæ nihil ad te pertinent? Ad tuam te uitam conuerte. Inſpice in ea quæ ſunt à te geſta, in pelagus tuorum peccatorum, atqꝫ ſi es curioſus & negocioſus in alienis, à teipſo exige pœnas dictorum & factorum, quæ

malè

malè protuliſti, quæ turpiter feciſti. Nũc uerò, te relicto inexcuſſo, Deum damnas, ac tuis peccatis addis peccata. Et quomodo hæc non digna ſunt punitione? quam nobis omnibus concedatur effugere, fauore ac humanitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui ſit gloria in ſecula ſeculorum: Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOmi, *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, De diuitijs & paupertate Oratio, Martino Cromero interprete.*

CVm præter meritum quempiam diuitem eſſe uideris, ne beatum iudices: ne dignum æmulatione putes: ne cõdemnes Dei prouidentiam: ne arbitrere caſu atq; temerè ferri præſentia. Recordare Lazari & diuitis, quomodo hic quidem ad ſummum opulentiæ ac luxuriæ profectus eſt, cũ eſſet acerbus, immitis, immanis, & quibuſuis canibus efferatior. Siquidem illi miſerabantur et curabant pauperem, non ſegniter lambentes ulcera, quæ totum corpus illius oppleuerant: hic uerò ne micas quidẽ ipſi porrigebat. Pauper uerò ille, reuera diues, reuera copioſus, in extremam paupertatẽ decidit,

decidit, & neceſſario etiam alimento deficiebatur, & cum morbo ac fame continua colluctabatur. Atq; ille quidem plura quàm uſus poſtularent, habebat: hic uerò ne modicis quidẽ potiebatur. Sed tamen nõ grauatè tulit, nõ incuſauit Deum, nõ queſtus eſt de prouidẽtia. Quàm abſurdum igitur ſit, illos quidem ipſos qui malo afficiuntur, ita de omnibus Domino gratias agere: te uerò extra certamina poſitum, de his Deo conuiciari, quæ alij gratis animis perferunt? Nam is quidem, cui aduerſi quid accidit, ſi quod uerbum improbum & odioſum dicat, et ſi non tantam, quantã alter, ſed tamen minorem duntaxat ueniam conſequitur. At qui extra res aduerſas poſitus ipſe, aliorum cauſa animam ſuam it perditum, qua'nam uenia dignus fuerit, qui de his Deo conuicietur, de quibus is ipſe, qui malo afficitur, gratias agit, nec uſquã ceſſat eum laudibus extollere? Quam enim ob rem ô homo, eiuſmodi tibi uidentur diuitiæ, quas oporteat magno ſtudio cõſectari? Propter uoluptatem ſcilicet eã, quæ ex menſis percipitur: propter honorem, propter ſatellitium eorum qui ob

hæc

hæc te colunt , & ut eos qui tibi moleſti ſunt, ulciſcare, ſisq́ omnibus formidabilis. Neq; enim alias cauſas habes dicere, præter uoluptatem, adulationẽ, metum, & ultionem. Neq; enim ſapientiorem, neque temperantiorem diuitiæ reddere ſolent: non commodum, nõ humanum, non ullam aliam uirtutis partem in animum inducere & inſerere. Nec potes dicere, propter horum aliquid eas te conſectari atq; deſiderare. Non ſolum enim non norunt quippiam horum bonorum inſerere aut excolere: uerùm etiamſi repoſita repererint, uitiant & obturbant: quædam uerò etiam reuellunt, & contraria pro his inducunt. Sed non dicam de his. Nam quos hic morbus cępit, non ſuſtinẽt audire, accuſari ſe & argui: toti uoluptati addicti, atq; ob id ſerui ipſius facti. Propter hoc igitur, dic mihi, diuitiæ nobis deſiderabiles, ac de quibus conſlictari conueniat, uidentur eſſe, quòd grauiſsimas in nobis affectiones alunt, iram ad opus excitantes, & inſani gloriæ ſtudij ampullas maiorem in modum attollentes, & ad ſuperbiam exuſcitantes?
Quin ob hoc maximè obſtinatè fugiendæ

dæ ſunt, quòd feras quaſdam immanes & aſperas in animum noſtrum deducunt, per quas eo quidem honore, qui ab omnibus defertur, priuāt: ei uerò aduerſum coloribus illius illinunt, atq; ita deceptis offerunt, perſuadentq́;, hūc illo maiorem eſſe, cum non ſit natura, ſed in ſpeciem potius eſſe uideatur. Quemadmodum enim meretricātium mulierum formæ frictionibus & fucis compoſitæ, pulchritudine quidem ipſa carent, turpem uerò ac deformem faciem pulchram & formoſam ſeductis ab illa uideri faciunt: ita diuitiæ quoq; infamiam honoris loco exhibent. Ne enim eas mihi acclamationes, quæ in propatulo propter metū & aſſentationem fiūt, intueare: ſed conſciētiam cuiuſq; ex ijs qui ſic adulantur, explica, & uidebis intus innumerabiles accuſatores, qui contra te uociferātur, teq́; magis, q̄ qui maximè inimici hoſtesq́; ſunt, auerſantur & oderūt. Quòd ſi quādo perſonam iſtam ex metu compoſitā rerum commutatio ſuperueniens è conſpectu ſubduxerit & redarguerit, ſicuti facies illas ſol radio calidiori immiſſo, tunc probè cernes, ſuperiori tempore infra om-

ſra omnes te fuiſſe contemptiſsimum apud eos qui te colebant, & honorem tibi haberi te putauiſſe ab ijs qui te in primis oderãt, & in extremis calamitatibus uidere cupiebant. Quare non errauerit quiſquam, ſi diuitias improbum ſeruum uocet, ſeruum ſanguiuorum, ſeruum homicidiam, ſeruum cæde domino gratiam referentẽ: & quod grauius eſt, non tunc, cum ipſum reliquerit, in pericula cõijcit, uerùm etiã prius ꝙ reliquerit, tumultus ipſi atqꝫ turbas ciet. Enimuero, quis Eutropio fuit ſublimior: non'ne uniuerſum orbẽ terrarũ diuitijs anteibat? non'ne ad ipſa honorũ faſtigia euaſerat? nõ'ne omnes eũ tremebãt & formidabãt? Ecce aũt ipſis etiã nexis in carcere factus eſt miſerior, & ſeruis miſerabilior, & fame tabeſcẽtibus mẽdicis indigẽtior: & quotidie gladios exacutos cernẽs, & barathrũ, & carnifices, & abductionẽ ad necẽ, ne nouit quidẽ, an unquã in illa uoluptate fuerit: ne radiũ quidẽ ipſum ſolis ſentit, ſed meridie medio, quaſi denſiſsima nocte circumſeptus, ita uiſu orbatus eſt. Quin ſi maximè contẽdamus, non poterimus uerbis aſſequi dolorem, quantum ſuſti-

nere

nere eum conſentaneum eſt in dies,ut capite plectatur,expectãtem. Buxeũ enim uultum eius uideo,nihiloq; melius affectum,quàm qui ſemel iam nunc emortuus ſit. Iam crepitus & ſtridor dentium,totiusq; corporis tremor ipſi adeſt, & uox interrupta, & facies,qualem lapideam illam animam habere par eſt. Dicebã'ne tibi aſsiduo, fugitiuas eſſe diuitias? Tu uerò nos nõ ferebas. Dicebam'ne improbũ ſeruũ eas eſſe? tu uerò nolebas credere. In rebus ipſis experientia monſtrauit, non ſolum fugitiuas & improbas eſſe,uerumetiam homicidas. Hæ nanq; te nunc tremere & formidare fecerunt. Dicebã'ne tibi, cum aſsiduò uera dicentem me increpares, quòd ego plus adulatoribus te diligam? ego obiurgans,obſequentibus magis curem? Addebam'ne his uerbis: fide digniora eſſe uulnera amicorũ, quàm inuoluntaria oſcula inimicorum? Si mea uulnera pertuliſſes, oſcula illorũ mortem iſtam tibi non peperiſſent. Mea nanq; uulnera ſanitatem præſtant: illorũ uerò oſcula inſanabilem morbum effecerunt. Vnde'nam hoc? ex eo,quòd humanarum rerum mutationes nõ cogitabas.

Nam ſi metuiſſes mutationem, nō ſubiuiſſes mutationem. Sed quoniam neque per te ipſe, neque ab alijs fiebas melior, propterea periculum eorum quæ uerbis dicebantur, re ipſa feciſti. Si dico quòd diuitiæ eos qui ipſis malè utuntur, produnt, & uenit tempus, re ipſa uerum id eſſe oſtendens: cur eas detines, quæ in aduerſis nihil proſunt? Si uires habent, adſint tibi cum in neceſsitatem incideris. Quòd ſi tunc fugiunt, quid opus eis habes? Hæc dico, neq; dicere deſinā, quamuis multi nobis ſuccenſeant. Semper dicit, inhæret diuitib. Enimuero & illi ſemper inhærent pauperibus. Ego uerò inhæreo diuitibus: imò non diuitibus, uerùm ijs qui diuitijs malè utũtur. Semper dico, non diuitem traducens, ſed raptorem. Aliud diues, aliud raptor: diſtingue res, & ne confundas, quæ impermixta ſunt. Diues es, non ueto. Raptor es, accuſo. Habes tua, fruere. Aufers aliena, non taceo. Vis me lapidare? paratus ſum & ſanguinē profundere. Modò ut peccatũ tuum prohibeam, non eſt mihi curæ odium, non bellum. Vnum mihi curæ eſt, ut proficiant audientes. Et pauperes mei fi

lij,

lij, & diuites mei filij ſunt. Idem uterus utroſque parturiuit, eædem parturitiones utroſque pepererũt. Lapidet qui uult, oderit qui uult, inſidietur qui uult. Pignora coronarum ſunt mihi inſidiæ, & numerus præmiorum uulnera. Non metuo inſidias: unum tantummodo metuo, peccatum. Modò ne quis me peccantẽ arguat, uel orbis terrarũ aduerſum me bellum gerat. Videtis humanarum rerum uilitatem? Videtis imbecillitatem potentiæ? uidetis diuitias, quas ſemper fugitiuas appellaui, non ſolum fugitiuas, uerumetiam homicidas? Neque enim habentes ſe deſerunt, ſed iugulãt. Vbi quis eas colit, ibi maximè eum produt. Quare colis diuitias, quæ nunquam contineri poſſunt? Vis eas continere? ne defodias, ſed da in manus pauperum. Feræ ſunt diuitiæ: ſi contineantur, fugiunt: ſi ſpargantur, manent. Sparge, ut maneãt. Ne defodias, ut ne fugiant. Vbi ſunt diuitiæ, libenter eos, qui deceſſerunt, rogarem, ubi diuitiæ? Hoc autem dico, non exprobrans, abſit: neque refricans ulcera. ſed ex aliorum naufragijs uobis portum parans. Etenim qui hodie diues eſt, cras

pauper fuerit. Eoq́ ſæpenumero riſi teſtamenta legẽs, dicentia: dominium quidem agrorum uel domus ille habeto, uſum uerò alius. Omnes uſum habemus, dominiũ nemo. Quamuis enim toto uitæ tempore penes nos maneant diuitiæ, nullam mutationem admittentes, uolentes nolentes moriendo alijs eas concedemus, uſu quidem earum decerpto, eoq́ ſolo, non etiam dominio: ſed nudi uacuiq́ ad illam uitam demigrabimus. Vnde planum fit, illos dominiũ habere, qui & uſum earum contempſerint, & fruitionem deriſerint. Qua'nam igitur de cauſa diuitias appetendas eſſe putas, eosq́ qui eas poſsidẽt, beatos iudicas, & æmularis? Quo'nam uerò differt diues à paupere? Non'ne unum & ipſe corpus ueſtit? non unum uentrem alit? Cur autẽ ſeruos multos habes? Nam ut ueſtimentis uſum modò conſectari oportet, itẽq́ in menſa: ſic & in ſeruis. Etenim uno ſolo ſeruo unum dominum uti oportebat: imò uerò etiam duos & tres dominos uno ſeruo. Quod ſi graue hoc eſt, cogita eos qui nullum habẽt, & expeditiori tamen cultura fruũtur. Propterea namque

que & manus dedit nobis Deus, & pedes, ut ne ſeruis indigeamus. Neq; enim neceſsitatis cauſa ſeruorum genus inductum eſt. Etenim, cum Adã, ſeruus quoque conformatus fuiſſet: uerùm peccati & inobedientiæ pœna hæc eſt, atq; coercio. Quodſi maximè neceſſarium ſit ſeruum habere, at unicum, aut alterum duntaxat. Nam quid tibi uult multitudo ſeruorum, & inſolẽter incedere in foro? An enim inter feras ambulas, quòd obuios abigis? Ne metuas: nemo mordet eorũ qui accedunt, & prope te ambulant. At enim contumeliam ducis, pariter cum omnibus incedere? Quanta uerò hæc amentia eſt? equum prope ſequentem, contumeliam afferre non putare: hominem uerò, niſi decem millibus ſtadiorũ abigatur, dedecori eſſe exiſtimare? quid hac ſtultitia deterius, homines propellere, ut iumentum ſpacioſe incedat? Tanta enim nobis inter nos uſus mutui neceſsitas à Deo ſolerti prouidentia conſtituta eſt, ut ſi etiam quis omnium hominum ſit ditiſsimus, ne ita quidem ſolutus eſt coniunctione hac, & ut tenuiori opus non habeat. Neq; enim diuitibus tãtum

pauperes indigent, ſed & diuites paupe ribus: & iſti magis illis, quàm illi iſtis. Atque ut hoc manifeſtius uideas, faciamus, ſi uidetur, duas ciuitates: alteram diuitũ tantúm, alteram pauperum. Ac neq; in ea quę diuitum erit, pauper ſit quiſpiam: neq; in ea quæ pauperum, uir quiſquam diues ſit: uideamusq́;, utra magis ſeipſa contenta eſſe poſsit. Igitur in illa quæ copioſorum eſt, nullus erit opifex, non ſtructor, non faber materiarius, non calcearius, non piſtor, non agricola, non ærarius, non reſtio, non alius quiſquam eiuſdem modi. Nam quis diues exercere hæc unquam uolet? quando & ij qui hæc tractant, cum ditati fuerint, ærumnam horum laborum non ferunt. Quo'nam igitur modo ciuitas hæc nobis ſtabit? Dato, inquit, argento ement hæc diuites à pauperibus. Quónam uerò pacto domos ædificabunt? An & hoc ement? At natura id fieri non poteſt. Quare neceſſe erit artifices illuc accerſere, legemq́; abrogare, quam initio ſanximus, cũ ciuitatem cõderemus. Videamus ergo etiam pauperum ciuitatẽ, an & ipſa itidem minus ſufficienter conſtituatur,

ſtituatur, priuata diuitibus: ſi prius diui-
tias, uelut aurum, argentum, lapides pre
cioſos, & ueſtimenta ſerica, & purpurã
auro intextã oratione amputauerimus,
eaq́; inde eiecerimus. Quid igit̃ ob hæc
ſtatus ciuitatis huius requiret, dic mihi?
Nihil penitus. Nam ſiue ædificare opor-
tet, ſiue ferrum cudere, ſiue ueſtimẽtum
texere, non auro, neq; argento, neq; u-
nionibus opus eſt, ſed arte & manibus:
Quid uerò ſi agrum colere, terramq́; fo-
dere operæprecium ſit, diuitibus'ne, an
pauperibus opus eſt? Cuiuis clarum eſt,
quòd pauperibus. Vbi ergo tandem di-
uitibus indigebimus? niſi ſi demoliri ci-
uitatem hanc oporteat. Quoties igitur ui
deris quempiam ueſtimentis & numero
ſo ſatellitio foris ſplendentem, explica
conſcientiam ipſius, & multum cœni re
peries. Cogita Paulum, Petrum: cogita
Ioannem, Heliam, atq; adeò ipſum Dei
filium, non habẽtem ubi caput acclinet.
Illius, & ſeruorum eius æmulator eſto,
eorumq́; ineffabiles diuitias cum animo
tuo reputa. Quod ſi cum paululum pro-
ſpexeris, ex diuitijs rurſus tenebris inuol
uare, perinde ac in naufragio quopiã ſu-

peruueniente procella. Audi ſententiam Chriſti dicentem: Fieri non poſſe, ut diues in regnum cœlorum introeat. Et ad hanc ſententiã confer montes & terrã, omniaq́ſi uis, oratione fac aurum eſſe: nihil uidebis par detrimento, quod illinc tibi exiſtit. Iam uerò, dic mihi, ſi quis te in Regiam introduceret, & ut rex corã omnibus ſermonem tecum haberet, procuraret, conuictoremq́ & contubernalem tibi ipſum faceret: non ne omnium beatiſsimum te eſſe diceres? Cum autem futurum ſit, ut in cœlum aſcendas, & iuxta ipſum regem uniuerſorum adſtes, & angelis ex aduerſo reſplendeas, & inacceſſibili illa gloria fruare, dubitabis, an operæprecium ſit pecuniam profundere? cum cõueniat, ſi uitam quoq; ipſam exuere neceſſe ſit, exultare & geſtire, & uolucrem fieri præ uoluptate. Sed heu magnũ ſtuporem, q̃ quum huiuſcemodi bona expectentur, adhuc præſentibus inhiamus, & non animaduertimus dolum malum diaboli, qui paruorum obiectu magna nobis adimit: lutum dat, ut cœlũ rapiat: umbram oſtendit, ut ueritate excludat: in ſomnijs imagines obijcit, hoc

enim

enim ſunt præſentes diuitiæ, ut aduenientẽ te die pauperrimos omniũ oſtendat. Ne igitur magnum bonum diuitias eſſe arbitremur. Magnum enim bonum eſt nõ poſsidere diuitias, ſed poſsidere timorẽ Dei. Ecce enim ſi quis iuſtus eſſet, et multam fiduciam in Deo fixam haberet, ſatis eſſet, ſi manus modò in cœlum protẽderet, Deumq; uocaret, & ſtatim nubes hæc præteriret. Tantum uerò auri repoſitum eſt, & quouis luto inutilius, id eſt, ad laxamentum malorum prementium. Neq; uerò in hoc ſolo periculo: uerumetiã ſi morbus occupet, ſi mors, ſiue quid aliud eiuſmodi, redarguitur diuitiarum uis, nullum leuamen ijs quæ accidunt, à ſe habens oſtendere. Nam ut qui malè ſibi conſcius eſt, etiam ſi omnium pecunia circumiectus ſit, omnium eſt miſerrimus: ita qui perpurgatam habet conſciẽtiam, etiam ſi detritis pannis amictus ſit, & cum fame luctetur, ęquiore animo eſt, quàm qui uehementer luxu affluunt. Iccirco habes pecuniam, ut paupertatem diluas: nõ, ut paupertatem adſciſcas. Tu uerò prætextu leuaminis maiorem miſeriam efficis, benignitatemq; uendis pecunia,

cunia. Vende, non prohibeo, ſed regno cœlorum. Ne paruũ tanti recti facti precium acceperis, nempe uſuram centeſimam, ſed uitam illam æternam. Cur mẽdicus es & pauper, & anguſti animi, paruo, hoc eſt, pecunia pereunte magna uẽdens? Cur Deo relicto humana lucra lucraris? cur diuitem prætercurrens, non habenti moleſtus es: & gratiam referentem deſerens, ad ingratum te ingeris? Ille cupit referre gratiam, iſte uerò grauate etiam refert: iſte uix centeſimam reddit, ille uerò centuplam, & uitam æternam: iſte cum contumelijs & conuicijs, ille cum laudibus et cum approbatione: iſte inuidiam tibi exuſcitat, ille uerò coronas etiam concinnat: iſte uix hic, ille uerò & illic & hic. Non'ne igitur extremæ amentiæ eſt, neſcire lucrari? Pecuniam poſsidere oportet uti dominos, non uti ſeruos: ita ut ea in poteſtate noſtra, nõ ut nos in ipſius ſimus. Propterea nanque χρήματα, id eſt pecunia dicta eſt, ut in neceſſaria miniſteria ipſa utamur, non ut in cuſtodiam deponamus. Serui enim eſt aſſeruare: expendere uerò domini, & magnam poteſtatem habentis. Quocirca nihil

hil inſipientius ſeruo pecuniæ. Tenere ſibi uidetur, cum ipſe teneatur: uidetur ſibi dominus, cum ſit ſeruus: & cum uincula ſibi ipſe circumdederit, quaſi in omnes imperium habens geſtit: & aſperiorem in ſe feram efficiens lætatur: & ſaltat in captiuitatem incurrens: & uidens canem rabie percitum & adſilientem animæ ſuæ, pro eo quòd ligare & fame macerare eum deberet, affluentem cibum ipſi præbet, ut magis aſſiliat, ſitq́ formidabilis. Et quemadmodum nexum, cum uides & ſcapulas, & manus, ſæpe etiã pedes ferro conſtrictum, ob id maximè miseraris: ita & in diuite, cum contemplatus fueris eum innumerabili pecunia circumſeptum, ne propterea diuitem, imò propterea miſerum eſſe arbitrare. Nam præter hæc uincula, cuſtodem quoq́ carceris aſperum habet & improbum, amorem inquam pecuniæ. Qui non patitur eum carcerem iſtum tranſgredi, ſed innumerabiles ipſi fabricat pedicas, & cuſtodias, & oſtia, & uectes: & cum in interiorem cuſtodiam ipſum coniecerit, perſuadet, ut delectetur etiam hiſce uinculis, ut ne ſpem quidem ullam reperiat ex ma-

lis

lis illis prementibus euadendi. Diuitem te fecit Deus, ut opituleris indigētibus, ut peccata tua diluas benignitate in alios exercenda. Pecuniam tibi dedit, non ut concludas in tuam perniciem, ſed ut profundas in ſalutem tuam: ob hoc & poſſeſſionem ipſius incertam fecit, & minimè ſtabilem, ut & in hoc relaxet inſaniæ circa ipſam ſatagentis contentionem. Nam quis Helia pauperior fuit, dic mihi? uerùm ob id omnes diuites uincebat, quoniam pauper erat. At ipſam etiam paupertatē diuite animo eligebat, omnesq́ꝫ pecuniæ diuitias inferiores animi ſui magnitudine putabat eſſe, neqꝫ dignas philoſophia ſua. Nam ſi magna hæc præſentia duxiſſet, nequaquam ex ouinis pellibus ueſtem ſolam poſſediſſet. Ita enim præſentem uanitatem damnauit, ut pro luto proiecto aurum intueretur. Proptérea namqꝫ & rex pauperis illius indigebat, & ad corpus nihil præter ouinam ueſtem habentis ſtupidus hiſcebat, tantum auri habens. Ita ſanè purpura ſplēdidior erat ouilla ueſtis, & regijs palatijs ſpelunca iuſti: eoqꝫ in cœlū aſcendens, nihil aliud quàm ouillam illā ueſtem Heliſæo diſcipulo

ſcipulo

ſcipulo ſuo reliquit. Cum hac, inquit, aduerſus diabolũ luctatus ſum, hac tu quoque aduerſus illum te arma. Firma enim ſunt arma, inopia, & inuictum præſidiũ. Et accepit ouillam ueſtem perinde atq; maximam hæreditatem Heliſæus. Enim uerò maxima dubio procul erat hæreditas, & omni auro precioſior: Et erat duplex Helias ille, eratq; ſuprà Helias, & infrà Helias. Noui quòd beatum iudicetis iuſtum illum, uelitq; unuſquiſq; ueſtrûm ipſe eſſe. Quid igitur ſi uobis demonſtrabo, aliud quiddam multo maius illo nos omnes accepiſſe? Nam Helias quidem ueſtem ouillam dimiſit diſcipulo: Filius uerò hominis aſcendens, ſuam ipſius carnem nobis reliquit. Quoties ergo pecunię iacturam audierimus, ne perturbemur, ſed dicamus, Benedictus Deus: & lõge maiores diuitias reperiemus. Neq; enim ſanè tam uberem fructũ percipies, ſi diuitias in indigentes expẽdas, atq; circumeas pauperes conquirens, & facultates tuas ſpargas eſurientibus, quã tum hoc uerbo lucri feceris. Quando & ipſum Iob non tam admiror aperientem domum indigentibus, quàm ſtupeo, &

laudibus

laudibus extollo rapinam bonorum ferẽtem cum gratiarumactione. Nam qui eiuſmodi eſt, ut poſsit tranatis naturæ fluctibus ſine lachrymis illud Iobi dicere, Dominus dedit, dominus abſtulit: cum Abrahamo ipſo ſtatuetur, & cum Iobo laudibus extolletur, ex hoc ſolo uerbo. Cum igitur aurum tibi abſtulerit diabolus, uel per prædones, uel per aliam quãpiam occaſionem, laudibus celebra Dominũ, & plus lucratus fueris: duplicẽq; plagam dederis inimico, tum quòd te angori nõ dediſti, tum quòd gratias etiam egiſti. Nam ſi animaduerterit, deijci te pecuniæ detrimento, & ut Domino ſuccenſeas adduci, nunquam deſinet hoc agere. Sin autem aſpexerit, te non modo non conuiciari Deo qui te fecit, ſed magis etiam gratias agere, quæcunque res grauior acciderit: deſinet tentationes admouere, ſciens quòd gratiarumactionis occaſionem tibi præbeat aduerſitatũ obiectus, ſplendidioresq; coronas tibi faciat, id quod in Iobo quoque uſu uenit. Nam cum pecuniam ipſi abſtuliſſet, corpusq; percuſsiſſet, uidit ad gratias agendas magis eum incitari, neque accedere

dein-

deinceps auſus eſt,ſed turpiter & impiacabiliter uictus abijt,ſplendidiorem Dei athletam cum effeciſſet. Ac Iob quidem poſteaquam coronis patientiæ et fortitudinis omnib. exornatus eſt, duplicia quę amiſerat,recepit omnia. Tu uerò non duplicia,ac triplicia,uerùm centuplicia accipies omnia, ſi generoſe tuleris, & uitæ æternæ hæreditatem adibis: quã utinã nos omnes adipiſcamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,cui gloria et imperium in ſecula ſeculorum: Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI *de Auaritia oratio, Martino Cromero interprete.*

QVam'nam ob rem ex auaritia diteſcere cupis homo,ut alijs quidẽ aurum atq; argentum reponatur, tibi uerò diræ & accuſationes? & ut is, à quo abſtuliſti, alimenti indigentia mordeatur & lamentetur, & denas millenas accuſationes tibi conciliet? Et quod horrendum eſt magis, quando ad illum diẽ ante terribile tribunal in medium producetur is qui malo affectus eſt, & omnia ſua amiſit,tu autem nullum habebis ad-

 uocatum,

uocatum, quid dices iudicanti? Nunc e-nim uel corrumpere iudicium hoc homi num poteris: tunc autem illud nequa-quam. Imò ne hoc quidem. Etenim De-us uidet ea quæ fiunt, & propè adeſt ijs qui afficiuntur iniuria, etiam non uoca-tus. Etenim is cui malè fit, ut ipſe quidē indignus ſit qui uindicetur, ſed tamen, quoniam ea quæ fiunt, Deo non placēt, habet omnino ultorem. Nec mihi dicas: Quomodo ille proſpero rerum ſucceſſu fruitur, cum ſit improbus? Vt enim frua tur: ſed nō ad extremum uſq;. Ne enim, inquit, æmuleris agentes improbè: quo-niam ut fœnum citò areſcent, & ut olera herbæ citò décident. Auaritia fermen-tum quoddam uetus eſt, quæ quócunq; inciderit, quancunq; domum intrauerit, impurā eam facit: etiamſi parum ex in-iuſticia lucratus fueris, uniuerſas faculta-tes tuas fermentauit. Propterea ſępe pau ca malè illata, quamuis multa bene repo ſita eiecerunt. Quid enim inquit? Siqui-dem ex multis auarè agentibus non om nes eadem patientur. Maximè uerò pati entur, etiamſi non mox in ipſo peccato patiantur. Quòd ſi nunc effugerint, tunc

uerò

uerò magis metue. Maiori enim ſupplicio aſſeruantur. Quin, ſi ipſi effugerint, at hæredes eorum eadem patientur. Et quónam modò hoc iuſtum eſt, inquit? Iuſtum ſanè. etenim qui hæreditatem iniuſtitia refertam accepit, etiam ſi ipſe nō rapuerit, ſed tamen probè nouit, aliena ſe habere, atq; ideo dignus erat, qui pateretur. Hæc autem & externorum leges norunt, quæ omiſsis ijs qui rapuerunt & ſuſtulerunt, ab illis iubent repetere, apud quos quiſpiam ſua repererit omnia. Si nouiſti eos qui iniuria affecti ſunt, redde cum multo fœnore, quemadmodum Zacchæus. Sin minus nouiſti, diſtribue illa inter egenos, & ſic malum releuabis. Nam ſi omnia aliena demus, nihil compendij faciemus. Indicat hoc Zacchæus, qui tum demum placare ſe Deum dixit, cum daret quadrupla eorum quę abſtulerat. Nos uerò cum dena millia rapiamus, placare nos Deum arbitramur. * Si enim Cain, quòd minus præcipua obtuliſſet, neq; quicq; præterea iniuſtè egiſſet, tamē extremum luit ſupplicium: nos cum de rapina & auaritia offerimus, quo modo non grauiora patiemur? Cur Do-

minum afficis contumelia, impura dona illi offerens? Non uult ali Chriſtus auaritia, neq; huiuſmodi alimẽtum ſuſcipit. Melius eſt fame tabeſcentem negligere, quàm aliena alijs dare. Dic enim mihi: Si quos duos uideres, alterum quidem nudum, alterum uerò ueſtitum: deinde exuto eo, qui ueſtem habuit, nudum ueſtires: non'ne iniuſtè faceres? Nemini id quidem dubium. Quòd ſi omne id quod abſtuliſti, alteri dans, tamen iniuriatus, non miſeratus es: quod non expẽdes ſupplicium, ſi uix minimam partem eorum quæ rapuiſti, dederis, & eleemoſynam id uocaris? Si Lazarus nulla affectus iniuria à diuite, ſed quòd ijs modò quæ illius erant, fruitus non eſt, acerbus illi extitit accuſator: qua defenſione utẽtur ij, qui præter quòd non miſerãtur de ſuo, aliena etiã auferunt? Si illi qui Chriſtum eſurientem non aluerunt, cum diabolo inextinguibili igni addicunt̃: quantum ſupplicij dependent ij, qui fame etiam eum enecant, per id quod rapiunt: & ueſtitum denudant: & hoſpitem nõ modò non recolligunt, uerumetiã abigunt: & infirmum non modò non uiſitant, ſed

magis

magis etiam conterunt: & nõ ſolum uinctum non cognoſcunt, uerumetiam ſolutum in carcerem conijci curant? Si is qui diligẽtes ſe diligit, nihilo meliore erit cõditione, quàm ethnici: quã ueniã obtinebit is, qui lædit eos, à quibus iniuria nulla af fectus eſt? Si qui ſua non impartitur, accuſatorem habet eum, cuius miſertus nõ eſt: quam ueniã merebitur is, qui etiam aliena rapit? Non ſolum enim aliena rapere, ſed etiam ſua non impartiri alijs, rapina eſt, & auaritia, & ſpoliatio. Si, qui Chriſtum eſurientem non pauerunt, tantum ignẽ in capita ſua attraxerunt: quod leuamen conſequentur ij, qui ea quoque quæ nihil ad ſe pertinent, rapiunt, & aliena ſibi iniuſtè acquirunt, & pupillorum ac uiduarum domos euertunt? Perhorreſcamus itaque rem hanc, fugiamus peccatum. Fugiemus autem, ſi cogitemus eos qui antè nos iniuriam fecerunt, qui auari fuerunt, & deceſſerunt. Non'ne facultatibus & laboribus eorum fruuntur alij: ipſi uerò in cruciatu & ſupplicio ſunt, & extremis malis? An non extremæ igitur dementiæ eſt, diſrumpi & affligi, ut uiuentes laboribus diſtineamur, &

 mortui

mortui intolerabiles cruciatus & ſuppli-
cia perferamus? Quid'nam ergo raptore
miſerius? eo quòd collecta ſæpe inimici
& hoſtes inter ſe partiuntur: ille uerò ac-
cumulata ſibi ex his peccata auferens de
cedit, magna cum diligentia repoſcēdus
de ijs, quæ in illis deliquit. Quid igitur
auaris fuerit ęrumnoſius? quod & uitam
ſuam omni morte ęrumnoſiorem faciũt,
cura & anxietate animi & perpetua uigi
lia ipſam mandente, ſenſimq́ꝫ conſumen
te, & omnem uoluptatem, & uirtutis ui-
cijq́ꝫ diſcrimen inde propellunt. Et in lu-
crando quidem, etiamſi omnia omnium
acquirant, nullam ſentiunt uoluptatem,
eo quòd plura appetant: in detrimento
uerò accipiendo, ut obolum duntaxat a-
mittant, omnium acerbiſsima ſeſe paſſos
eſſe, & uita ipſa excidiſſe, arbitrantur.
Quòd ſi uxorem talis habet, ſi liberos, ſi
amicos, niſi undequaqꝫ lucrari potis fue
rit, omnibus qui natura ipſi hoſtes ſunt,
hi magis hoſtes uidentur eſſe. Iure quidã
inquit: Cupido nihil eſſe crudius. Nam
qui eiuſmodi eſt, ſeſe uendit, & commu-
nis totius orbis terrarum inimicus obam
bulat, dolens non aurum pro ariſtis ter-
ram

ram producere, non pro fluentis fontes, non montes pro lapidibus: aliorum ſucceſsibus ſeſe crucians, & in communib. bonis animum contrahens: omnem occaſionem auerſans, unde argẽtum ſumere non licet: omnia perferens, unde uel duos obolos corradere liceat: omnes per oſus, pauperes iuxtà ac diuites: illos quidem, ne accedentes ſtipem poſcant: hos uerò, quòd non ea quoq; quę illi habẽt, habeat. Omnes ſua poſsidere putat, & quaſi ab omnibus iniuria afficiatur, ita in omnes animatus eſt. Et quod furenti gladius eſt, hoc cupido diuitiæ, imò uerò longè acerbius quiddã? Nam is qui furit, accepto & adacto ſibi gladio, furore ſeſe liberat, & alteram plagam non accipit: cupidus uerò dena milena uulnera grauiora illo quotidie accipit, non liberans ſeſe furore, ſed intenſiorem eum efficiens: & quo plura accepit uulnera, eo magis materiam alijs præbet grauioris plagæ. Quid igitur auaro ęrũnoſius? quando is præter quòd animam ſuã perdit, & corpus innumerabilibus curis extenuat, etiam alimento, & uoluptate, & honore, & gloria, propter quã multa in-

primis peccant homines, ſeſe defraudat. Et quod durius eſt, nihil læſus efferatur & armat ſeſe in eos, qui ipſum neutiquam læſerunt, & honeſta omnia ab animo proiijciens, omnibus hoſtis eſt. Nam qui iniuria ab ipſo affecti ſunt, oderũt eum, utpote malo affecti. At qui nihil etiamdũ paſſi ſunt, metuẽtes ne patiãtur, & eorũ qui paſsi ſunt uicem dolentes, eandem hoſtilitatem præ ſe ferunt. Maiores porrò atque potentiores, quòd mordeãtur & indignentur pro humilioribus, imò uerò inuidentes etiam, iuxtà inimicitijs eum & odio proſequuntur. Sed quid loquor de hominibus? cum Deũ etiam infeſtum habeat, quæ ſpes ei reliqua erit, aut q̃d refrigeriũ? Hoc ne ſunt diuitiæ, iniuriã ſcilicet facere, dic mihi? Hoc non acerbius eſt, quàm pœnæ ſeruũ eſſe? Nam pœnæ quidem ſeruus, corpus uinctum habet, hic uerò animum. Vides ipſum uinctum, & non miſeraris? Propterea, inquit, eum odi, quia uinctus eſt non neceſsitate, ſed ultrò, uoluntate ſuà cathenam ſibi attrahens. Rurſus tu aduerſus diuites: rurſus uos aduerſus eos qui diripiuntur. Vos non ſatiamini edentes, & commordentes

tes pauperes: Necꝫ ego ſatior corrigens uos. Semper tu diuitibus inhæres: ſemp̄ & tu pauperi inhæres. Abſtine oue mea: abſtine grege meo. Quod ſi uaſtas gregē meum, ſuccenſes quod te perſequar? Nō te perſequor: lupum perſequor. Si non es lupus, non perſequor te. Tibi ipſi imputa, quia lupus factus es. Quid enim Achabo improbius? Et tamen is, cum uineam concupiuiſſet, animaduerte quantum dolorem cæpit. Rex cum eſſet, & omnib. dominaretur, nec haberet quenꝗ̄ contradicentem, tamen cum conſcientiæ calculum non ferret, ingreſſus eſt triſtis, demiſſo uultu, confuſus, multam caliginem ferens in oculis, conſcientiæ condemnantis ſe redargutionem uultu prædicans: nec ualens tegere dolorem, qui ex mœſtitudine in eo exiſtebat. Vultis liquidò noſſe, quomodo diuitiæ homines non ſinant eſſe homines, ſed feras atque dæmonas? Siccitas quondam occuparat ciuitatem noſtram, & uidere erat cœlum factum ęneum, & mortem omnium grauiſsimam indies expectari, Deumq́ꝫ inuocari, ut metu illo liberaret: Cuius benignitate præter omnem ſpem multa

& immenſa pluuia ſupernè decidit. Omnibus igitur celebritatē & feſtum diem agētibus, quippe qui ab ipſis portis mortis reuerterentur, diues quidam triſtis, deiecto animo, mœrore mortuus obambulabat. Cumq́ multi eum cauſam rogarent, ne continere quidem intus potuit, ſed cum tyrannide acerbi iſtius morbi pungeretur, cauſam in medium protulit: Decies enim mille, inquit, frumenti menſuris deinceps quid faciam, non habeo. Quid ais? Quòd non omnes perierunt, ut tu aurum accumules? Non audiſti quid dicat Solomon? Qui ad preciū augendum aſſeruat frumentum, uulgo eſt execrabilis. Sed obambulas communis bonorum totius orbis inimicus, & liberalitatis domini hoſtis, & mãmonæ amicus, atq; adeò ſeruus? An non præcidi linguam illam oportuit? An non extingui cor, quòd talia uerba peperit? Quid enim poteſt eſſe ipſo miſerius diuite, propterea dolente & indignante, & periјſſe ſe putante, q̄d infinita poſsideat: & quotidie optante famem, ut aurum ipſe indipiſcatur? Quomodo uultis uobis deliniem auari & raptoris morbos? Quid enim

nim manibus illis ſceleratius? Quid oculis illis impudentius, & caninum magis? Non adſpicit homines ut homines, neque cœlum ut cœlum, ſed omnia pecuniam eſſe putat. Hominum enim oculi cum pauperes uident afflictos, uicem eorum ſolẽt indolere: raptores uerò, cum intuentur pauperes, magis efferantur. Hominum oculi ea quæ alijs data ſunt, non appetunt, ſed ſua quoq; in alios effundunt: iſti uerò non ferunt, niſi quæ omnium ſunt accipientes, ſua faciant. Hominum oculi nudũ proximi corpus adſpicere non ſuſtinent: iſti uerò niſi omnes denudauerint, & quę omnes habent domi ſuæ recondant, nunquam ſatiant̃. Quin ne eo quidem explentur, eoq; nõ modò ferarum manus, manus ipſorum quiſpiam eſſe dixerit, ſed his etiam truculentiores multo et acerbiores. Vrſi enim & lupi ubi ſaturati ſunt, abſtinent ſe cibo: iſti uerò non ſatiãtur. Enimuero propterea manus nobis fecit Deus, ut alijs opitulemur, non ut inſidiemur. Etenim ſi ad hoc eis uſuri ſimus, ſatius eſſet eas præcidi, & abſq; eis eſſe. Cum enim ouẽ à fera diſcerpi quis uidens, dolet & angi

tur,

tur animo, in contribulem uerò idem i-pſe patrãs, nihil acerbi ſe putat facere: q̃-modo homo hic fuerit, ac nõ fera potius, et fera deterior? Ferę enim natura ſunt hu iuſcemodi. Auari aũt cum natura lenita tẽ habeant, præter naturã in feritatem ſe-ſe transferre uolunt. Talium ora etiam, ferarum ora ſunt, quin his etiam truculẽ tiora. Etenim uerba promunt, magis q̃ illarum dentes uenenum emittentia, & necem patrantia. Quòd ſi mentem quo-que talium quis excutiat, iam non feras modò, ſed etiam dæmonas ipſos appella bit. Multa ſiquidem immanitate pleni ſunt, & hoſtilitate aduerſus conſeruum. Dæmones enim adiutores habent eos homines, quibus inſidiantur. Quod ni adiuuarent ij, plurimum inſidiarũ in nos ipſis in irritum caderet. Iſti uerò reſiſten-tes, etiam ſibi eos quos impetũt, ſubige-re nituntur. Ac neq; regni amor eſt illic, neq; gehennæ metus: non pudor homi-num, non miſericordia, non condolen-tia: ſed impudentia, & uiolentia, & futu-rorum omnium contemptio: & fabula, i-pſis Dei uerba uidentur eſſe. Propterea pecuniæ uocãtur χρήματα, quaſi tu dicas

utilia,

utilia, ut utamur quemadmodũ par eſt, non ut cuſtodiamus. Hoc enim nõ poſsidere eſt, ſed poſsideri. Nã ſi hoc ſpectemus, ut ſemper eã augeamus, non ut quẽ admodum par eſt ipſa fruamur, peruerſus eſt ordo: & illa nos potius habet, non nos illam. Qui pecuniam amat, non ſolum inimicos non diliget, uerumetiã amicos oderit. Neq; enim cognationẽ nouit talis, neq; familiaritatis meminit, neque ætatem reueretur, neq; amicum habet quenquam: ſed in omnes hoſtili eſt animo, & præ alijs omnibus in ſeipſum, non modò quòd animam ſuam perdit, ſed etiam quòd innumerabilib. curis ſeſe extenuat. Et is quidem qui pecuniam cõtemnit, modum ponit cupiditati: Qui uerò uult diteſcere, et plus coaceruare, lõge magis eam accendit, & nuſquam ſiſtit. Verùm etiam ſi decem millia talentorum accipiat, alterum tantum concupiſcit. Quod ſi id quoq; adipiſcatur, rurſus bis tantum appetit: & porrò pergens, etiam montes, terram, mare, & omnia aurum ſibi fieri optat, nouam quandam inſaniam inſaniens, & eam quidem terribilem, et quæ nunquam extingui poſsit.

Nam

Nam cum aliјs dare iuſsi, aliena rapia- mus, quæ'nam quæſo nobis ſalutis ſpes eſt? Si, quòd non alueris eſurientem, puniêre: quam ueniam merebere, ſi ue- ſtitum etiam exuiſti? Propterea'ne i- gitur auarè agis, & aliena rapis, ut e- qui frenum multo auro tibi perunga- tur? item'que culmen domus, & capita columnarum? Quo'nam * probro hæc digna non fuerint, quando fratrem, quem Dominus tuus tanto honore di- gnatus eſt, in innumerabiles calamita- tes conijcis, ut lapides, & pauimen- tum, & expertium rationis animalium, ne ſentientium quidem ornatum, cor- pora exornes? Et columna quidem di- ligenter curatur: homo uerò, imò Chri- ſtus ipſe, propter columnam, & quæ dicta ſunt omnia, ad extremam famem adigitur. Siue autem ſolium parare o- pus ſit, ſiue ſcabellum ſuſtentandis pe- dibus, omnia ex auro & argento paran- tur: membro autem Chriſti, & ei pro- pter quem ille de cœlo deſcendit, ne neceſſarium quidem alimentum ſuppe- tit, ſed omnibus uilior factus eſt tibi Chriſtus? Quid huiuſmodi iniquitate

** Mutila hic erat di ctio in exẽ plari græ- co: cuius ex tremo ex ueſtigio ſu ſpicor le- gẽdum eſſe αἰσχίνης, quod nos probro uer timus.*

acer-

acerbius? Quot flumina ignis huiuſmodi animæ ſufficiant? cum aliæ quidem animantes cognatas diligant, & naturæ cognatio ſatis momenti apud eas habeat ad mutuum inter ſe amorem. At tu innumerabiles amicitiæ cauſas habens, truculentior illis oſtenderis. Ne quæſo utrinque iritemus Deum, nempe & congregantes unde non oportet, & diſpergentes ubi non conuenit. Quã nam enim ira dignus non fueris, cum das meretrici, præteriens pauperem? Nam ut ex iuſtis laboribus præbeas: non'ne reprehenſionem res hæc haberet, quòd flagitij mercedem præbeas: & pro quibus punire oporteret, pro ijs munereris? Quando autem & pupillos exuens, & uiduas iniuria afficiens, alis libidinem, cogita quantus erit talia auſis ignis. Timete, qui pauperibus iniuriam facitis. Habetis uos potentiam, diuitias, & pecuniam: ſed habent illi omnium ualidiſsima arma, gemitus & lamentatiónes: & illud ipſum, iniuriã pati, qua auxilium de cœlo attrahunt. Hæc arma domus ſuffodiunt, fundamenta diruunt, urbes euerterunt, uniuerſas nationes fluctibus

ctibus obruerunt. Tātam gerit Deus eorum qui læduntur prouidētiam. Magna enim & ualida arma ſunt, iniuriam patiētium hominum gemitus. Reueretur hāc æquanimitatem Deus, cum malo afficiūtur: neq; improbum uerbum proferunt, ſed gemunt modò, ac deplorant ſua mala. Et his quidem fit propitius, de uexatoribus uerò ſumit ſuppliciū. Fugiamus igitur iniuriam facere, ut propitium habeamus Deū, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum: Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOmi de Ingluuie & ebrietate oratio, Martino Cromero interprete.

VVltis uideamus, quam uoluptatē, quemq; honorem habeāt diuitiæ? Menſas diuitum atq; pauperum expendamus, rogemusq; eos qui edunt, quínam ſint maximè, qui pura & germana uoluptate perfruantur: ij ne qui ad dimidiatum diem in ſtragulis accubantes, cœnas prandijs coniungunt, & uentrem diſrumpunt, & ſenſus obtundunt, & immodico eduliorum pondere nauem, ita

ut

ut exhauriri non poſsit, obruunt, et quaſi in naufragio corporis eam demergũt, & pedicas, manuum atq; linguæ uincula excogitant, totumq́; corpus adſtringũt uinculis, ferrea cathena grauioribus, ebrietatis inquam & luxuriæ, & neque uerum ac ſyncerum ſomnum capiunt, neque à terribilibus inſomnijs liberi ſunt, inſanientibus miſeriores, & ultrò dæmonẽ animæ ſuę adſciſcunt, & riſus ludusq́; caueæ ſeruorum propoſiti, neminem eorum qui adſunt cognoſcunt: & neq; loqui, neq; audire queunt, ſed inter manus à ſtragulis in lectum deferuntur? aut qui ſobrij & uigilantes, & qui modum neceſſitate finiunt, maximumq́; condimẽtum famem & ſitim habẽt? Nihil enim adeò uoluptatem & ſanitatem facit, ut ſi quis cum eſurit ac ſitit, tum demũ ea quæ proponuntur attingat, ſatietatemq́; ſola neceſsitate metiatur, neq; maius uiribus onus corpori imponat. Quòd ſi ſermoni meo fidem non habes, contemplare utrorumq; corpora & animum. Non'ne moderatè quidem edentium corpora robuſta ſunt, ſenſusq́; expeditè admodum munus ſuum explent? Illorum uero flac-

cida, & quauis cera molliora, & morborum examinibus obſeſſa? Etenim pedũ dolores celeriter eos inuolant, tremorq́; intẽpeſtiuus, & immaturũ ſeniũ, & dolor capitis, & diſtẽſiones, & oris contortiones, & appetituũ extinctiones, aſsiduisq́; medicis, & cõtinuis medicinis, quotidianaq́; curatione indigẽt. Hæc'ne igitur uoluptatis ſunt? dic mihi. Quis'nã hoc dixerit eorũ, qui, quid ſit uoluptas, norũt? Tunc enim uoluptas fit, cum eſt fruitio, præcedente concupiſcentia. Etenim ſi fruitio quidem ſit, concupiſcentia uerò nulla extet, perit uoluptas omnis, & euaneſcit. Et quemadmodum nauis, quę maiorem, quàm pro modo ſuo, mercium uim receperit, oneris magnitudine depreſſa, ſubmergitur: ita & animus, & corporis noſtri natura, ſi plus alimenti, quàm pro uirtute ſua, acceperit, obruitur: & pondus mercium non ferens, in profundum internecionis demergitur, nautasq́; & gubernatorem, & proretam, et nauigantes, & ipſum deniq; onus cum omnibus perdit. Quemadmodum igitur in illis nauibus, quę ita diſpoſitæ ſunt, non maris tranquillitas, non

ſcientia

ſcientia gubernatoris, nõ multitudo nautarum, non inſtrumentorũ aptus apparatus, non tempus anni commodum, non aliud quicquam ita fluctuanti naui prodeſt: ita et ijs qui luxu affluunt uſuuenit, non doctrina, non exhortatio, non inſtitutio, non conſilium, non metus futurorum, non pudor, non eorum qui adſunt reprehenſio, non aliud quicquam denique ſeruare animum ita fluctuantẽ poteſt. Verùm & ad hanc præſentem uitã inutilis fit is qui talis eſt, & ad omne opus bonum reprobus. Hinc, & nõ aliunde, grauibus et inſanabilib. morbis capiuntur ij, qui in perpetua luxuria uiuunt, quiq; ob id in hanc uitam productos ſe eſſe arbitrantur, ut cum luxuriæ indulſerint, uentremq; diſruperint, ita ſaginato corpore decedant, lautiore menſa è ſuis carnibus uermi inſtructa. Etenim tremoribus, liquefactioni, tabi, grauedinibus, pedum doloribus, & alijs compluribus quæ medicorum filij uſurpant, fiunt obnoxij. Venenatis medicamentis nihilo melius conſtituentur menſæ huiuſcemodi: imò uerò, ſi uerè dicendum eſt, multo deterius. Nam illa quidem ſubitò eum,

à quo ſunt accepta, ſuſtulerunt, mortemq́ ſine ſenſu aduexerũt, ita ut ne hoc ipſum quidem, moleſtia morientem affecerit. Iſtæ uerò uitam innumerabilibus mortibus grauiorem afferunt ijs qui ipſas magni faciunt. Atq; alij quidem morbi multos habent condolentes: qui uerò è luxuria & ebrietate acciderunt, nõ patiuntur intuentes, ne ſi uelint quidem, ijs qui eis detinentur, condolere: ſed mali quidem exuberantia flectit ad miſericordiã, morbi uerò cauſa ſcientem exacerbat. Neq; enim à natura, quemadmodum illic, læſi ſunt, neq; ab hominibus inſidijs appetiti, ſed ipſi ſibi horũ morborũ opifices extiterunt, ultrò ſeſe in præcipitium malorum proijcientes. Non ita ſcorpius aut ſerpens in uiſceribus cuiuſquã inſidens quoquouerſus inficit, ut luxuriæ concupiſcentia omnia peruertit atq; perdit. Feris enim illis ad corpus duntaxat procedũt inſidiæ: iſta uerò cũ inſederit, cũ corpore animum item perdit. Omniũ ergo pernicies iſta res eſt, extremumq́; deridiculum, uos ipſos ſanitati corporis ueſtri non parcere. Non dico ut uictus aſperitati uos detis, ſi ipſi nolueritis. Quod ſuperfluum

perfluum eſt, tollamus: quod extra neceſsitatem, amputemus. Quã enim mereamur ueniam, cum alij ne neceſſarijs quidem rebus fruentes, tametſi auctores, quamuis poſſent, nos autem ultra neceſſitatem affluentes, iter faciamus? Non uidetis, cum quibus nobis lucta eſt? Cum incorporeis poteſtatibus. Quónam igitur pacto caro cum ſimus, eos ſuperabimus? Nam ſi, qui cum hominibus luctatur, temperanter edat neceſſe eſt, longè magis qui cum dęmonibus. Cum autem ad corpulentiam diuitijs inſuper fuerimus aſtricti, qua ui uincemus aduerſarios? Nam ut in cithara cũ ſoni fuerint molles & remiſsi, nec bene intenti, artis quoque præſtantia ſucciditur, neruorumq́ uicio ſeruire cogitur: ita & in corpore, cum id multam curatiõẽ à nobis indeptum fuerit, acerbam ſeruitutem animus perfert. Ne igitur ſaginemus corpus, neque iners id atque laxum luxuria reddamus. Non dico, ut parco atq aſpero uictu nos ipſi extenuemus, ſed ut tantũ cibi ſumamus, quantũ & uoluptatẽ habeat, uerã inquã uoluptatẽ, & alere corpus & obſequens nobis aptumq́ ad functio

nes animi exhibere poſsit. Nam ſi qui defecatum uinum bibunt, reprehenſione non carent: quid dicemus ad eos, qui peregrinationes tranſmarinas uini cauſa ſuſcipiunt: quiq; omnia mouent, ne quod uitis genus ipſos lateat? quaſi rationem repoſcendi ſint, aut ad extrema ſupplicia condemnandi, niſi omni genere uini ſeſe ingurgitauerint. Reuera nihil ita amicum eſt dæmoni, ut luxuria atque edacitas. Quid enim non mali facit luxuria? porcos facit ex hominibus, ac porcis etiam deteriores. Nam porcus quidem in luto uolutatur, & ſtercore paſcitur: iſte uerò abominabiliore, quàm illa eſt, menſa ueſcitur, illicitos cõcubitus excogitans, & exleges amores. Talis nihil differt à lymphato. Ac lymphatũ quidem miſeramur: iſtum uerò auerſamur & odimus. Quamobrem? quoniã ultroneam ſibi inſaniam attrahit, & os, oculos, nares, & omnia prorſus membra peccati cloacas efficit. Quòd ſi interiora quoque inſpicias, uideas & animum ipſum tanquam in tempeſtate & frigore gelatũ atque torpentem, ita ut ne ſcapham quidem propter tẽpeſtatis magnitudinem

ſeruare

ſeruare poſsit. Nam qui ebrietati & ingluuiei mancipati ſunt, neq; ſomnum uerum & ſyncerum capiunt, neq; à terribilibus inſomnijs liberi ſunt. Quo'nam igitur modo abſurdũ non eſt, expertes quidem rationis animantes nihil ultra neceſſitatẽ quærere: homines uerò præditos ratione, & imagine Dei cohoneſtatos, illis etiã minus cõpotes ratione fieri, mediocritatis fines prætergrediẽtes? Quanto enim melior huiuſmodi hominib. aſinus eſt? quanto melior canis? Nã hi quidem, ſiue edendum eſt, ſiue bibendum, finem norunt, id quod ſatis eſt, neq; ultra neceſsitatem progrediuntur: etiam ſi innumerabiles ſæpe cogant, non ſuſtinent modum excedere: iſti uerò his etiã deſpicabiliores ſe eſſe iudicarunt. Quàm multa ab ebrietate hominibus mala accidant, pudet me dicere: ſed ipſorum relinquo conſcientiæ, ut quæ exactius ea cognita habeat. Quid enim turpius ebrio, temereq; uagante, & graue illud naufragium perferente, ac Dei dona ſtultorum conuicijs exponẽte? Multos enim, cum hæ affectiones acciderint, dicere audio: Vtinam ne ſit uinum. O' amentiam, ò

ſtuporem, aliȷs peccãtibus dona Dei incuuſas? A enim uinum, ô homo, malũ illud fecit? non uinum, uerùm intemperantia malè utentiũ. Dic igitur: Vtinã ne ſit ebrietas, ne ſit luxuria. Quod ſi dicis, ne ſit uinũ, dices ſenſim ꝓgrediens, ne ſit ferrũ, propter homicidas: ne ſit nox, propter fures: ne ſit lux, ꝓpter calũniatores: ne ſit mulier, propter ſcortationes: & omnes res deniq; ſubuertes. Ne uinum inſimules, uerùm ebrietatem, & eum qui bono malè uſus eſt. & ſobriũ eum nactus, deſcribe cunctam ipſius turpitudinem, & dic ipſi: Vinum datum eſt, ut exhilaremur, non ut turpiter nos demus: ut rideamus, non ut rideamur: ut ſani ſimus, nõ ut ægrotemus: ut imbecillitatem corporis corrigamus, nõ ut animi uires deȷ ciamus. Honorauit te Deus hoc dono, cur te ipſe contumelia per intemperantiam afficis? Nam qui in ebrietate & intemperantia uiuũt, ȷs in noctis tenebras dies conuertitur, non quòd ſol extinguatur, ſed quòd ipſorũ ratio ebrietate opacetur. Qui ſe ebrietati dedunt, quãto magis merum ſibi infuderint, tanto maiore ſiti inardeſcunt, ſemperq; hauſtio ſitis fit

fomes:

fomes: & uoluptas quidem ad extremũ euaneſcit, ſitis uerò facta inſedabilis, in ipſum ebrietatis præcipitiũ deducit eos quos captiuos egit. Hinc uel maximè ſtupeſcat quis amentiam eorum, qui ebrietati addicti ſunt, quòd ne tantum quidẽ iſti ſibi ipſis parcere uolunt, quantũ alij parcũt utribus. Nam hos quidem uini uenditores non patiũtur plus æquo capere, ut ne rũpantur: iſti uerò miſerum uentrẽ ne hac quidem prouiſione dignãtur: ſed cum eum impleuerint ac diſruperint, uſque ad aures, uſq; ad nares, uſque ad fauces ipſas replẽt omnia per anguſtũ meatũ ſpiritui, quę uis animal gubernat, inde cõparantes. An enim ob hoc fauces tibi datæ ſunt, ut eas uſq; ad extremũ oris putrido uino aliaq; labe expleas? Non ob hoc, ſed ut ſacras preces ſurſum ad Deũ mittas, ac diuinas leges legas, ꝓximisq; cõducibilia des cõſilia. Neq; enim ita uis rapidorũ fluminũ ripas exedere & ſubruere ſolet, ut luxuria delitiæq; omnes ſanitatis noſtræ munitiones facile ſubuertunt. Etenim cum auiditate eſcis inhiare, & corporis uires incidit, & animi fortitudinem deprimit & relaxat. Neq; hoc ſo-

lum luxuria affluenti incommodum accidit, quòd diſtringitur, & uentrē ſuum diſrūpit, & corporis pariter atq; animi ſanitatē ſuccidit: ſed etiam illud, quòd celerius præterfluit & ſubducitur, & ne unū quidem diem id quod ingeſtum eſt, continere poteſt: ſed eo digeſto, alia rurſus inijcere cogitur. Enimuero nō edere malum eſt, abſit: uerùm edacitas, & ultra neceſsitatem implere uentrem, ac diſrumpere. Quemadmodum neq; moderato uino uti malum eſt, ſed ebrietati ſeſe dedere, & iudicium rationis per intemperātiam euertere. Eiuſmodi enim corpori nos implicauit Dominus, quod aliter nequit conſiſtere, niſi ſit alimēti particeps: intēperantia modo recidatur. Hoc enim ad ſanitatem eius & bonam habitudinē plurimum conducit, & obſequens id nobis aptumq; ad functiones mādatorum Chriſti præſtat, ut & præſentem uitā expeditè pertranſeamus, & futurorū bonorum potiamur, benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti: cui gloria & imperiū unà cum patre & ſancto ſpiritu, nunc & ſemper, & in ſeculo ſeculorum: Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, *de non contemnenda eccleſia Dei, & myſterijs,* Oratio, *Martino Cromero interprete.*

PErpauci hic hodie nobis adſunt. Quid'nam hoc cauſæ eſt? Martyrum memoriam peragimus, & nemo ad nos accurrit. ſed prolixius uiæ ſpacium, ſegniores eos fecit: imò uerò non ſpaciũ ſed ſegnitia eos impediuit. Quemadmodum enim nauum, arrectoq́; animo prææditum prohibere nihil poteſt: * Martyres ſanguinem ſuum ueritatis gratia profuderunt, tu nõ potes ne breuis quidem uiæ ſpaciũ pro nihilo ducere? Illi caput poſuerũt ꝓpter Chriſtũ, tu ne paruũ quidẽ ſpaciũ uis accurrere ꝓpter Dominũ? Dominus tua cauſa mortuus eſt, & tui ipſius cauſa cũctaris? Memoria martyrũ fit, & tu ſegnis et ſupinus iaces? Cõgruũ eſt ut adſis, & uideas diabolũ uinci, martyrẽ uincere, Deũ celebrari, eccleſiã coronari. At enim peccator ſum, inquit, neque poſsũ accurrere. Quãdoquidẽ peccator es, accurre, ut iuſtus fias. Qui'nam uerò homo ſine peccato eſt, dic mihi? An neſcis, quòd & illi ipſi qui altari aſsidẽt, peccatis affixi ſunt? Carne enim amicti,

& cor-

& corpori implicati ſunt. Quin & nos ipſi qui in ſolio ſedemus, ac docemus, peccatis implicati ſumus. Sed non deſperamus de diuina benignitate, neque immanitatē ipſi affingimus. Propterea nanque ipſos etiam ſacerdotes affectionib. ſeruire fecit Deus, ut ijs quæ ipſi patiuntur commonefacti, alijs etiam ignoſcāt. Quantus igitur hic fuerit ſtupor & incogitātia, quod ſi citharœdus, uel ſaltator, uel alius quiſpiam eiuſmodi hominum nos uocet, ſtudioſe omnes currimus, & gratiā ipſi, quòd nos uocarit, habemus, totumq́; diem, aut certè dimidium cōſumimus, illi ſoli animum aduertētes: Deo uerò per prophetas & apoſtolos nobiſcum loquente, oſcitamus, torpemus, & æſtuamus? Et in circo quidem, culmine, quod à cœli hunc iniuria muniat, nō ſuperpoſito, cōplures largis imbribus decidentibus, & uento aquam in ora ſufflante, ſtant inſani, & in frigore pluuiaq́; uiæ prolixitatem paruipendunt, neq; quicquam eos uel domi continet, uel illū adire uetat: ad eccleſiā uerò quominus eamus, pluuia nobis atq; lutum impedimēto fit? Ac ſi quidē rogetur quis, quis'nā

ſit

ſit * Amos, aut Abdias, ſiue qui ſit numerus prophetarum, uel apoſtolorum, ne hiſcere quidem poteſt: pro equis uerò, & aurigis, & ſophiſtis, & oratoribus defenſiones artificioſe cõponit: & quonam pacto hæc tolerabilia ſunt, dic mihi? Admonui ſæpenumero, non eſſe aſcendendum in theatrum, non auſcultaſti orationi meæ: ne pudeat te rurſus ingredi, & audire. Audiui, neq; tamen ſeruaui, inquis. Quomodo poſſum ingredi & audire? Donec intelligis te non ſeruaſſe, donec te pudet, donec erubeſcis: donec nemine arguente, frenum adhibes: donec tandem orationem meam certam, & ſtabilitam habes: donec me non cõparente, doctrina mea te purgat. Non ſeruaſti, magis ingredere, ut cum rurſus audieris, ſerues. Medicamẽtum ſi tibi adhibeatur, nec te purget, non'ne altera die rurſus idipſum adhibes? Sit quiſpiam inciſor arborum, ô homo, uelitq; quercum incidere, accipit aſciam: deinde radicem incidit: quodſi uno ictu arbor non concidit, non'ne & alterum ictum addit? non quartum? non quintum? non ſextum? non decimum? Itidem tu quoq; facito.

* *Exceſum hic fuit exemplar.*

Hæc

Hæc dico,non ut ſegniores reddam, ſed ut nauiores efficiam. Ingreſſus es in eccleſiam,ô homo,dignatus es Christi cõſortio:ne exeas,niſi dimittare.Nam ſi ante miſsionem exieris, perinde ac fugitiuus rationem repoſcêris. Totũ diem in ijs rebus quæ ad corpus ſpectant, inſumis:& duas horas ſpiritualibus non uacas? Ad theatrum ſæpe adis,neq; inde diſcedis,donec dimittaris: & in eccleſiam ingreſſus, priuſquã diuina myſteria peragantur,abis? Time eum qui dixit: Qui contemnit rem,contemnentur ab ea. Ac regi quidẽ cũ adſtas, ne renidere quidẽ omnino audes: omnium uerò Domino cũ adſtiteris,nõ ſtas pauidus tremensq́;, ſed rides,ipſo ſæpe iraſcente? Non cogitas,quòd hoc facto, multo magis quàm peccatis ipſis,eum iritas? Neq; enim uſque adeò peccantes,ut eos qui poſt peccatum non contrahuntur, auerſari ſolet Deus. Quid agis, ô homo? In eccleſia ſtans,formas mulierum curioſe contemplaris? Non perhorreſcis, tanta iniuria templũ Dei afficiens? Lupanar tibi eſſe uidet̃ eccleſia,& foro ipſo deſpicabilior? Nam in foro quidem metuis,& erubeſcis

ſcis uideri mulierem curioſe contemplari: in templo uerò Dei, ipſo tecum loquẽte, deq; his comminante, talia audes, eo ipſo tempore, quo audis hæc facienda non eſſe. Et nõ perhorreſcis, neq; de ſtatu mentis deijceris, officinam iniquitatis cor & oculos tuos faciens? Præſtaret huiuſcemodi oculos cæcos eſſe, quàm ad hos uſus accommodari. Cogita, prope quem aſtiteris, ô homo, in ſacro illo & horrendo ſacrificio, cum quibus Deum ſis inuocaturus: cum Cherubim, cũ Seraphim, & cum alijs cœleſtibus uirtutibus. Reputa, quos nam gregales & canendi ſocios habeas. Sufficit hoc tibi ad attentionem animi excitandam, cum ꝑpenderis, te corpore circumſeptum, & carni implicatum, cum incorporeis uirtutibus communem omnium Dominum laudare dignatum eſſe. Ne igitur diſſoluto animo ſacris, & laudibus illis Dei arcanis communica, ne de uitæ huius commodis per illud tempus cogita: uerùm terrenis omnibus cogitationibus eiectis ex animo, & ad cœlum totus erectus, ꝑinde ac ſi prope ipſum ſolium glorię adſtares, & cum Seraphim uolares, ita Deo ſan-

ſanctam per omnia laudē offer. Propter hoc enim honeſtè tempore diuini ſacrifi cij ſtare iubemur, ut cogitationes humi repentes erigamus, ut languore, quem ex uitæ huius negocijs contraximus, excuſſo, rectum coram Deo animum noſtrum exuſcitare poſsimus. Nō enim de corporis manib. atq; genubus dicit. Neque enim cum curſoribus aut pancratiaſtis loquitur: Sed interiorum cogitationum uires tentationibus proſtratas, exuſcitare his uerbis iubet. Diuinæ enim cō munionis tempore, fratres non ſoli homines maximè horrendum illum clamo rem uociferantur, ſed & angeli procumbunt Domino, & archangeli canunt. Habent enim tempus adiuuans, & oblationem ſibi auxiliantem. Et quemadmodū homines ramos olearum reciſos regibus protendunt, per ſtirpem illam, miſericor diæ & humanitatis ipſos admonentes: ita & angeli tunc, pro ramis olearū ipſum corpus Domini protendentes, Dominū pro natura humana precantur, tantum non dicētes: Pro his rogamus, quos tu ipſe prior ita dilexiſti, ut animam tuā dares: ꝑ his ſupplices preces profundimus,

pro

pro quibus ipſe ſanguinem profudiſti: pro his precamur, pro quib. corpus hoc hoſtiã obtuliſti. Nam quid eccleſia Dei potentius eſſe poteſt? Ne mihi mœnia et arma dicas. Hæc enim tẽpore ueteraſcunt: eccleſia uerò nunquam ſeneſcit. Mœnia barbari deſtruunt, eccleſiam uerò ne dæmones quidẽ ſuperãt. Et quod non ad inanem ſpeciem hæc dicãtur, res ipſæ teſtantur. Quàm multi oppugnarunt eccleſiam, atque ipſi quidem oppugnatores perierunt: hæc uerò ſupra cœlum aſcendit. Tanta magnitudine prędita eſt eccleſia: cũ oppugnatur, uincit: cũ appetitur inſidijs, ſuperat: cum afficitur iniuria, ſplendidior euadit. Vellem igitur ſcire, quib. rebus operam impendant iſti, qui communionem negligunt, quiq; ſacra hac menſa ſeſe abſtinẽt. Quin ſcio plane. Aut enim de abſurdis & ridiculis rebus colloquuntur, aut uitæ huius ſolicitudinib. affixi ſunt: quorũ utrorũq; ſtudiũ uenia caret, extremãq; meretur animaduerſionẽ. Ac de priore ne uerbis quidẽ opus eſt, neq; demõſtratione. Quod autem neq; ij qui rem familiarem, & intolerabilẽ neceſſitatẽ inde orientem no-

bis prætendunt, ueniam conſequi poſſint, propterea quòd nõ pluris faciãt terrenis ſpiritualia, cuiuis manifeſtum eſt. Quínam enim famulus, dic mihi, rei ſuę domeſticæ curam egit unquam, priuſquam herile miniſterium expleuerit? Quomodo igitur abſurdum non eſt, inter homines quidem, ubi nudum & inane nomen dominatus eſt, tantum pudorem & obedientiam dominis exhibere: eum uerò, qui uerè nõ modò noſter, ſed & ſuperarum uirtutũ Dominus eſt, ne eo quidem ipſo, quo conſeruos noſtros dignamur, cultu dignari? Vtinam quidem fieri poſſet, ut illorum animum oculis ueſtris oſtenderẽ: uideretis ſordeſcentem, ſqualẽtem, profligatum, deiectum, atq; diffidentem. Vtinam fieri poſſet, ut corda eorum qui communione ſeſe abſtinẽt, aperiremus: utinam poſſetis uos in conſcientiam ipſorum penetrare: tũc ſanè uideretis, q̃ multis uulneribus referti ſint, q̃ multas ſpinas habeãt. Nam quẽadmodum terra, niſi agricolarum manibus colatur, horreſcit, & ſylueſcit: ſic & animus ſpirituali doctrina defectus, ſpinas et tribulos producit. Nam ſi nos qui

quoti-

quotidie Apoſtolorũ & prophetarum auſcultationi intẽdimus, & aſsiduas incantationes de ſacris ſcripturis deſumptas affectionib. noſtris occinimus, uix tamen excandeſcentem animum continemus, uix iram frenamus, uix inuidiæ tabem eijcimus, uix ſedamus concupiſcentiam, uix impudentes feras coercemus: quam ſpem ſalutis habebunt illi, qui hac medicina non utuntur, neq; diuinam doctrinam audiunt? Multi ſemel in anno myſteriorum fiunt participes, alij bis, alij crebrò. Quos igitur de his ꝓbabimus? eos qui ſemel? an qui crebrò? an qui rarius? Neq; qui ſemel, neq; qui crebrò, neque qui rarò: uerùm eos, qui cum pura conſcientia, cum puro corde, cum irreprehenſibili uita. Huiuſmodi qui ſunt, ſemper accedãt: qui minus, ne ſemel quidem. Iudicium enim ſibi ipſi accipiunt, atq; damnationem. Vt enim alimentum natura alendi uim habens, ſi in eum qui malè concoquit, incidat, omnia deſtruit atq; corrumpit, & morbi occaſionem prębet: ita ſanè & horrenda illa myſteria. Menſa ſpirituali frueris, mẽſa Regia, & rurſus luto te inquinas? cor-

pus unguento ungis, & rurſus fœtore id
reples? Putas tibi ſufficere ad peccato-
rum uniuerſi temporis purgationem, ſi
anno uertente communione participas,
& rurſus poſt ſeptimum diem ad priora
te refers? Age, dic mihi, ſi cum à diutur
no morbo ad quadrageſimum diem ua-
luiſſes, ad illas res, ex quibus morbum
contraxeras, te rurſum referres, nō'ne &
priorem laborem perderes? Quòd ſi mu
tantur naturalia, multo magis ſpiritua-
lia, uel (ut exactè dicam) ea quæ ſelectio
nis & arbitrij noſtri ſunt. Ac ſi quidē cor
pus oleat, ne communibus quidem ci-
bis ueſcitur. Tanta uerò graueolentia in
animo cum ſit, myſteriorū particeps eſ-
ſe audes? Dic mihi, quam ueniam conſe
queris? Ait enim diuinus Apoſtolus:
Qui mādu cat & bibit indignè, reus erit
corporis & ſanguinis Domini: hoc eſt,
eādem pœnam dabit, quod ſupplicium
luent ij qui Chriſtum cruci affixerunt.
Quemadmodum enim illi iugulatores
rei ſunt ſanguinis, ita & hi qui indignè
myſterijs participant. Sicut enim, ſiue
quis diſrumpat regiam purpuram, ſiue
luto contaminet, ex æquo cōtumelia re-
gem,

gem, qui eã induit, affecerit: ita hic quoque, & qui peremerũt corpus Domini, & qui impuro animo id acceperunt, iuxtà ludibrio habent regium indumentũ. Ac Iudæi quidem cruce id diſruperunt: qui uerò impuro animo accipit, contaminat. Quocirca etſi diuerſa peccata ſunt, at par contumelia. Hoc multos pupugit, hoc multos perturbauit, momordit audientium conſcientiam: imò uerò non modò audientium, ſed & meam ipſius qui dico, prius quàm ueſtrã. Communis enim hæc doctrina eſt: communia uulnera, eoq; communia medicamẽta appono. Hoc diuinæ benignitatis opus extitit, ut & qui dicit, & qui audit, ijſdem legibus ſubiaceant: eadem natura participent: ex æquo obnoxius ſit, quiſquis tranſgreditur. Quamobrem? ut moderatè increpet, ut pronus ſit ad ignoſcendum peccantibus: ut in memoriam imbecillitatem ſuam reuocans, ne intolerabiliter corripiat. Si quem igitur ex ijs qui tecum congregantur, ſcortantem, & ad myſteria accedentem uideris, dic eorum diſpenſatori: iſte myſterijs indignus eſt, prohibe profanũ ſacris. Nã

ſi talis dignus nõ eſt, qui iuſta facta Dei enarret, cogita, quantopere augeſcet illi ſupplicium, ſi ſacram etiam menſam attingat. Neq; uerò ipſi tantũ, ſed tibi etiã præumbrãti. Neq; enim dixit, & adulterium patrabas: ſed, Cũ adulteris portionem tuam ponebas. Papæ, quantũ malũ eſt occultare aliorum putredines. Socium enim te ait eſſe ſupplicij, quod illi delicto debetur. Et meritò. Ille enim affectionem dicere habet. Tametſi non meretur ueniam, hic prætextus: tu uerò ne hoc quidem habes. Quam igitur ob cauſam, cum uoluptate non fruaris, pœnæ te facis ſocium & participẽ? Sed quoniam acrius eos qui indignè diuinis myſterijs participant, pupugimus: operæprecium eſt, ut ad uos quoq;, qui miniſtratis, ſermonẽ deinceps cõuertamus, ut multo cum ſtudio dona hæc diſpenſetis. Neque enim parua uobis pœna impendet. Nam ſi ſcientes aliquem eſſe improbum, hac menſa participare eum pmittatis, ſanguis eius è manibus ueſtris exquireretur. Siue is dux exercitus, ſiue præfectus equitum ſit, ſiue ille ipſe qui diademate circundatus eſt, ſi indignè accedat,

cedat,

cedat, prohibe. Maiorem Dominum habes: caue ne irrites Dominum tuum, non expurgans corpus huius. Ne gladium alimēti loco porrigas. Verùm, etiam ſi ille imbecillitate adductus uenit ut accipiat, ꝓhibere ne metuas. Metue dominum Deum, non hominem. Si hominē metueris, & ab eo ipſo irrideberis, & illum iritabis. Sin Deum, & hominibus uenerandus eris, & Deo charus. Quòd ſi ipſe non audes, ad me adduc. Non patiar eum hæc audere: anima deficiat prius, quàm ſanguinem Domini præter dignitatem porrigam: & meum ipſius ſanguinem profundā prius, quàm ſanguinem tam tremendum, ſecus quàm conuenit, porrigam. Melius eſt enim multo, uita priuari propter Deum, quàm propter uitam ipſo Deo. Quem decet gloria, imperium, honor, & adoratio, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum: Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOmi oratio de Anima, Martino Cromero interprete.

QVi bonis operibus nitent, fidem uerò in Deum ignorant, ſimiles eſſe uidentur reliquijs mortuorum: quæ pulchrè quidem ueſtitę ſunt, ſed ſenſum pulchrorum nullum habēt. Nam quod operæprecium eſt homini, mortuam, & bonis operibus ueſtitam habere animam? Opera ſpe præmij coronarumq́; fiunt. Quòd ſi non nouiſti præſidem certaminis, qua de re certas? Quemadmodum enim hominibus, prius eſt ut uiuant, deinde ut nutriantur: ſic uitæ noſtræ præire ſpes in Chriſtum debet, nutriri uerò etiam bonis operibus eam oportet. Contingit enim ſæpenumero, ut is qui non nutritur, uiuat: qui uerò non uiuit, ne nutritur quidem omnino. Et ſine fide quidem opera iuſtitiæ facientem uixiſſe, regnoq́; dignatum eſſe, oſtendere quenq́; non potes. Nemo enim ſine fide uixit: at uerò latro, cum crediſſet modò, iuſtus factus eſt. Ne enim mihi dixeris, eum uitæ inſtituendæ tempus accommo-

commodatum non habuiſſe. Nam ſi fidei ſuperſtes fuiſſet, operaq; neglexiſſet, ſalute excidiſſet. Habebat & Cornelius de eleemoſynis & precibus teſtimoniū, ſed Chriſtum non nouerat. Et quoniam cernebat oculus ueritatis, ipſe magnus iudex, pulchra quidem eſſe opera, ſed mortua, fidem non habentia, mittit præmium operibus parantem angelum, ut pulchrè certantem fide coronaret. quēadmodum ait ad ipſum: Corneli, preces tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei. Si igitur exauditæ ſunt preces, & ſuſceptæ eleemoſynæ, quid mihi reliqui eſt ad iuſticiam? Sed mitte, inquit, Ioppen, & accerſe Simonem, cognomento Petrum, qui quū uenerit, loquetur tibi uerba, in quibus ſaluus fies tu, & uniuerſa domus tua. Si igitur ex iȷs quæ dicit Petrus, ſaluus fit ipſe, domusq; ipſius, nequaquam adhuc ex operibus ſalutē habebat, quo ad fides operibus ipſius præmium parauit. Fertur etiam exterorum philoſophorum quiſpiam, ſplendidam domū, multo auro ſplendentē, multoq; marmorū & columnarū ornatu coruſcantem, in-

e 5 greſſus,

greſſus, cum & ſolum tapetibus inſtratum ubique cerneret, in faciem domini domus inſpuiſſe: deinde appellatus, dixiſſe, propterea ſe faciem illius contumelia affeciſſe, quòd nuſquam alibi in domo illa id facere liceret. Vides quàm ſit ridiculus, qui cultui exteriori nimiopere ſtudet, & apud omnes qui mentis compotes ſunt, contemptibilis? Et meritò ſanè. Nam cum parietes quidem, & ſolum, aliáque omnia accuratè exornes: animam uerò ſordidatam, plenam uulneribus, ab innumerabilibus canibus laceratam, negligas, quod non ſupplicium expendes, dic mihi? Pecuniam enim ſi perdas, poteris dare pecuniam: ſi domum, ſi mancipia, ſiue quid aliud de his quæ poſsides: animam uerò ſi perdas, non poteris aliam animam reddere: uerùm, etiamſi mundum habeas uniuerſum, etiam ſi rex ſis orbis terrarum, ut quidem omnia quæ ſunt in orbe terrarum, pariter cum ipſo orbe terrarum conferas, non poteris emere unam animam. Nam ſi in corpore, ut ſanè innumerabilibus diadematibus redimitus ſis, corpus uerò

rò natura morbidum & inſanabile habeas, etiamſi regnum totum impenderis, ut etiam innumerabilia corpora & urbes & pecunias adijcias, non poteris corpus corrigere: quanto id magis in anima? Omnia nobis duplicia dedit Deus: duos oculos, duas aures, duas manus, duos pedes: ut, ſi alterū horū læſum ſit, altero indigentiam releuemus. Animā uerò unam nobis dedit: quam ſi perdiderimus, quónam * uiuemus? Anima nanque auaricia ſemel capta, nō facile, neque expeditè recuſabit & facere & dicere quicquam, quod Deum iritet: quippe quæ alterius domini ſerua facta ſit, et eius quidem, omnia contrà ac Deus imperātis. Anima quum ſemel ſalutem ſuā deſperauerit, nuſquam deſiſtit ab inſania: ſed habenis ſalutis ſuæ remiſsis, brutis cupiditatibus quoquouerſum circūfertur, & obuiam uenientibus non cedit, ſubterfugientibus omnibus, ac nemine audente retinere: ſed omnia uitij loca percurrit, donec ad extrema interitus profunda delata, ſuam ipſius ſalutē det in præceps. Nam ſicut ſus in luto ſeſe uolutans delectatur, ita & anima praua cō-

** ἐμβ σόμεθα fuit in græco exē plari, abſumptus carie medijs literis. Vide an ἐμβιωσόμεθα, quod nos, uiuemus, reddidimus: aut ἐμβιβασόμεθα, ſit legendum.*

ſuetudine

ſuetudine implicata, ne ſentit quidē pec catorum fœtorem: & ut terra non irriga ta, etiam ſi quis innumerabilia ſemina ia ciat, non poteſt ſpicas producere: ita & anima, niſi diuinis ſcripturis prius illu- ſtretur, etiam ſi quis innumerabilia uer- ba effundat, non poteſt fructum ullum exhibere. Et ut terra niſi ſeminetur & plantetur, herbam ſolam profert: ita & anima, ubi quid rerum neceſſariarum, quod agat, non habet. Quum enim ni- hil agere prorſus non poſsit, agendi cu- pida, prauis negocijs ſeſe dedit. Et ſicut in corporibus ij qui uulnera negligunt, febres & putredines & mortem ſibi pa- riunt: ita & in animis, qui ad parua pec- cata conniuent, maiora inducunt. Pro- pterea è terra nobis corpus dedit Deus, ut id etiam ad cœlum educamus, non ut per id animam etiam in terram detraha- mus. O' rem mirandam. Quomodo om nes præſentibus rebus inhiant, & futura rum intelligentiam nunquam accipiūt, ſed in corporeas quidem uoluptates iu- giter feruntur, animas uerò fame tabeſce re ſinunt. Et quum innumerabilia quo- tidie uulnera accipiant, nunquā ſentiunt

in

in quibus ſint malis: ſed corpus quidem exquiſita diligentia curant, animam uerò negligunt ſqualentem & ſordentem, & innumerabilibus affectionibus perturbatã: & quod grauius eſt, quòd poſt multos ſudores & labores, ne mortale quidem corpus hoc morte ſuperius efficiunt, ſed & immortalẽ illam cum mortali hoc æternis ſubijciunt pœnis. Quocirca magnopere deplorans animis hominum circumfuſam dementiam, craſſamq; caliginem obtẽſam, uellẽ ſpeculã aliquam excelſam inuenire, quę mihi omnia genera hominum cernenda ſubijceret: uellem autem & uocem indipiſci, quæ ad extremos fines circũquaq; perſonaret, & omnibus, qui ſuper terram uiuunt, ſufficeret: & ſtare et uociferari, Dauidicaq; illa uoce exclamare, Filij hominum quouſq; graui corde? Quam igitur defenſionem habebimus, dic mihi? quam ueniam? quum corporis quidem ægrotantis, ubi & argentum expendendum eſt, & medici accerſendi, & dolor magnus perferendus, tantam curam habeamus: animam autẽ negligamus, pręſertim neq; argentum expenſuri, neque nego-

negocium alijs exhibituri, neque dolores ſubituri: ſed abſque his omnibus, ſelectione & uoluntate ſola corrigere nos ipſi ualentes, & exactè ſcientes, quòd niſi id fecerimus, extremum luemus ſupplicium, & irrecuſabiles cruciatus atq; pœnas. Et quemadmodum qui carcerem inhabitant, ſemper quidem in anxietate ac doloribus ſunt, ſed maximè eo die quo ſunt educendi, & ad ipſas fores iudicantis ducendi, & ante cancellos ſtantes, iudicantisq; uocem intus audiẽtes, metu ſuffocantur, & nihilo meliore ſunt ſpecie quàm mortui: ſic & anima, & ipſo quidem peccati tempore maximè affligitur & premitur, ſed multo magis, quâdo hinc auulſa, ad rationes illic reddendas, et ad terribile illud iudicium abduci debet. Propterea ſæpe refugit, & intrò recedit, metuit, & exhorreſcit, quum è carcere euolatura eſt. Tũc enim ſiue quis rapuit, ſiue auarè quæſiuit, ſiue iniuſtè inimicus cuiuſq; fuit, ſiue quid aliud improbum deſignauit, uniuerſus peccatorum chorus renouatur, et oculis ſeſe offert, ſtatq; acerbus conſcientiæ accuſator, Ideo & animam nacti ſumus im

morta-

mortalem, & corpus erit immortale, ut infinitis bonis fruamur. Quòd ſi terræ affixus fueris, cum cœleſtia proponantur, cogita quanta contumelia donantem afficias, quum ille quidem ſupera tibi porrigat: tu uerò non magnam eorum rationem ducens, terram commutes cœleſtibus. Quæ utinam omnes adipiſcamur, gratia & benignitate Domini noſtri Ieſu Christi, cui gloria & poteſtas in ſecula ſeculorum: Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI, *de Humilitate animi Oratio, Martino Cromero interprete*

CVm peccatũ cum animi humilitate coiuerit, ita expeditè currit, ut iuſtitiã cum arrogantia copulatam ſuperet & anteuertat. Quod ſi iuſtitiæ ipſam (humilitatẽ inquã) iunxeris, quò non euadet? q̃s non tranſcẽdet homines? apud ipſum planè regium tribunal aſsiſtet in medio angelorum, cum magna fiducia. Quòd ſi ij qui peccata ſua confitentur, tantam ſibi fiduciam conciliant: quas non adipiſcentur coronas ij, qui cum multorum ſibi bonorũ conſcij ſint, animum tamen

ſuum

ſuum humiliant? Quare ut decies mille-
na ſurſum extruas, ut eleemoſynam, ut
precationes, ut ieiunium, ut omnem uir
tutem, niſi hanc prius fundamenti uice
ieceris, omnia abs re, fruſtraq́ ſuperſtru
entur. Nihil eſt enim, nihil in noſtris re-
ctè factis, quod ſine ea ſtare poſsit. Sed
ſiue temperantiam dicas, ſiue uirginita-
tem, ſiue pecuniarum contemptum, ſiue
quid aliud, omnia ſunt impura, deteſtã
da, abominabilia, ſi abſit humilitas ani-
mi. Propterea nanq; ex duabus ſubſtan-
tijs nos Deus condidit, ut cum ſuperbia
quidem elatus fueris, reprimat te carnis
uilitas: cum autem degener quid & indi
gnum dato tibi diuinitus honore cogita
ueris, animi nobilitas te ad cœleſtiũ uir-
tutum æmulationem ſubleuet. Magnũ
enim bonum eſt, cognationem ſuam cõ
ſiderare, & noſſe unde conſtiterimus.
Etenim ſufficiens doctrina eſt, naturę cõ
tẽplatio: quippe quæ poſsit omnes per-
turbationes reprimere, tranquillitatẽq;
in animo facere. Reputa tecum naturã
tuam & fabricam: & ſatis id tibi eſt, ut
perpetuò te reprimas. Conformatus eſt
è terra Adam, ſed neſciebat quomodo
confor-

cõformatus eſſet. Non enim oportebat eũ teſtẽ adeſſe eorum quæ fiebant, ut ne aduerſus Deum ſeſe erigeret. Nam ſi tã ta humilitate ſeptus, erigit ſeſe, & ignorat eum à quo cõformatus eſt: quis eius ſuperbiæ immodeſtiam caperet, ſi accepiſſet id quod ſupra naturam eſt? Propterea Deus cum hominem conformaret, & uirtutes magnas operi illi indidit, & humilitates multas, ut propter uirtutem quidem inditam, opificis gratia admirationi eſſet: propter humilitatem uerò, ſpiritus hominum reprimerẽtur. Dedit ei linguam loquentem, Deum laudãtem, diuina canentem, interpretantẽ pulchritudines creaturæ. Diſſerit de cœlo terraq; parua carũcula lingua, ne duorum quidem digitorum menſuram habens. Sed quid dico digitorum? ne extremi quidem unguis: ſed extremum illud paruum loquitur de cœlo & terra. Et ne magnũ quid ſe eſſe putet, & ſupra naturam ſuam ſeſe erigat, ſæpe & tumores ipſam implicãt, ut diſcat quòd mortalis de immortalibus loquitur: debetq; noſſe, quæ nam uirtus ſit eius quem prædicat, quæq; imbecillitas prædicantis.

Dedit ipſi oculum, paruum illud granũ, quo creaturam omnem perſpicit. At ne uiſu creaturam omnem comprehendẽs, erigat ſeſe, ſæpe & lippitudines, & pelliculæ, & lachrymæ, queq́ alia uiſum turbãt, ipſi innaſcuntur, ut ex imbecillitate quidem ſeſe nouerit, ex opificio uerò artificem diuinis laudibus celebret. Si igitur talem imbecillitatem homo circumferens, ita uilitatis ſuæ obliuiſcitur, ut etiam aduerſus opificem inſoleſcat: quis eum tuliſſet faſtu ſeſe efferentem, ſi hac imbecillitate omnino caruiſſet? Cogita homo, in cuius ſocietatem te ingeris, cũ inflaris, & arrogantia te erigis, & cũ te hoſpitem curare pudet. At quo'nam id modo fieret, inquit? Si quis enim honeſto ſit loco natus, & illuſtris, & ſplendidus, & nobilis, ipſe'ne hoſpitis lauabit pedes? Non'ne turpe id eſſet? Imò non lauare, magis turpe eſt. Nã ut decies millies nobilitatem ſuam extollat, & claritatem & ſplendorem, eiuſdem certè naturæ particeps eſt cum eo qui lauatur, & conſeruus eſt eius quem curat, pariſq́ dignationis. Cogita, quis'nã diſcipulorũ pedes lauit, & deſine de nobilitate diſſerere.

rere. Cogitemus naturam noſtram, reputemus peccata, diſcamus qui ſimus, & ſatis eſt nobis ad humilitatis materiã. Hic enim maximè ſeſe nouit, qui nihil ſe eſſe putat. Nihil enim Deo tam charũ eſt, quàm in extremis ſeſe numerare. Venite enim, inquit, diſcite à me, quod mitis ſum, & humilis corde. Niſi enim mitis eſſem, cũ regis ſim filius, ſeruã'ne matrem elegiſſem? Niſi mitis eſſem, inaſpectabilis & aſpectabilis ſubſtãtiæ opifex, ad uos'ne peregrinatus eſſem? Niſi mitis eſsẽ, præſepis'ne paupertatẽ ſuſcepiſſem, uniuerſæ creaturę diuitias obtinẽs? Niſi mitis eſſem, dorſum'ne meũ flagris pro captiuis præbuiſſem? Quid? id quod maius eſt, nõ dico. Niſi mitis eſſem, cũ alij pati deberent, ego'ne qui nihil debebam, mortis debitum pro ipſis exoluiſſem? Ita mitis & humilis ſum, ut me ſeruis meis ſupplicare nõ pudeat. ſed malo obſecrare, ut ne punire cogar. Cum igitur cogitatio tibi obrepſerit, ut de humilitate animi te ipſe admireris, cogita Dominum tuum, quò deſcenderit: & iam te ipſe non admiraberis, neque laudabis, ſed deridebis, quaſi qui nihil feceris. Humilis es, & omnium homi

num humilimus, ne ob id magnificè de te ſentias, neq; exprobres alijs, & nõ p̱- des gloriam. Propterea te humilias, ut ſuperbiam euites. Si igitur per humilitatem in ſuperbiam incidas, melius fuerit, non humiliare temetipſum. Manſuetudo enim dicitur, non quando quis à potente affectus iniuria, fert placidè: ſed quando etiam ab his qui inferiores uidentur eſſe, læſus, cedit. Vide enim Dei benignitatem, & cuiuſmodi curam erga ſeruos ſuos oſtendat. Cum enim Iſaac à rege Gerarorum & indigenis iniuſtè ſuis laboribus arceretur, non indignatus eſt, neq; puſillanimem ſeſe oſtẽdit, neq; intra ſe uociferatus eſt: neque dixit, quia ius habeo frui puteis, an ne deſtitutus ſum ope ſuperna? an ne prouidẽtia Domini orbatus ſum? Nihil huiuſcemodi neq; cogitauit, neq; ratiocinatus eſt: ſed moderatè tulit omnia, eoq; plus auxilij supernè conſecutus eſt. Apparuit enim ei Dominus nocte illa, dixitq;: Ego ſum Deus Abraam patris tui. Ne timeas. Tecum enim ſum, & benedixi tibi. Volẽs enim iuſtum refocillare, apparet ipſi, dicitq;: Ego ſum Deus, qui patrem tuũ cele-

celebrem feci, & in tanta claritate conſti tui, & peregrinum indigenis ſplendi-diorē feci. Ego ſum ille, qui talia illi incrementa præſtiti. Ne ergo timeas. Tecum enim ſum, & multiplicabo ſemen tuū, propter Abraā patrem tuū. Multa enim obediētiæ præmia ipſi debeo. Hęc ubi audiuit iuſtus ille, bono deinceps fit animo. Qui enim dixit, Tecum enim ſum, & bene dicam tibi, & multiplicabo ſemē tuum: hic et ſplendorem donauit. Vide quāta ſit uis humilitatis. Qui enim dudum exagitauerant, nunc uenientes ad iuſtum illum, non modò non defendunt quę dudum fecerant, & ueniam pe tunt, uerùm etiam laudibus celebrant. Quis enim eſſet eo fortior, qui Deum ſe cum habebat? Cernentes enim inquiūt: Vidimus quòd Deus tecum ſit. Videamus autem quomodo & huius filius Iacob, cum perſecutioni cederet, peregrinatur. Necq; enim paruum inde quoque fructum decerpemus. Proficiſcēte enim illo in Haran, óccidit ſol, & ſumpſit de lapidibus loci illius, & poſuit ſubter caput ſuum, & cubuit. Vides ineffabilem philoſophiam? uides quomodo antiqui

peregrinabātur? Vir domi magna cura indulgentiaq́; enutritus, ſumens lapidē poſuit ſubter caput ſuum. Vide pueri uirilem animum: lapide in loco ceruicalis utebatur, & humi dormiebat, & ob id Domini aſpectu dignatus eſt. Et ait: Ego ſum Deus Abraam, et Deus Iſaac patris tui: Ego et principem illum generis, & hunc patrem tuum ad tantam claritatem euexi. Ne metuas ergo, ſed crede, quia ego ſum, qui & illis promiſſa pręſtiti, & te mea prouidentia dignatus ſum. Et nunc tecum ſum, cuſtodiēs te in hoc omni itinere, quócūq; proficiſcêris. Ne putes, inquit, ſolum te iter facere: me habebis comitem, me habebis cuſtodē in omni itinere. Tecum enim ſum. Si igitur humilis eſſe uis, non uerbis, nec habitu ſolum, ſed & re, & uoce uirtutem hāc præ te feras. Et ne ſis aduerſus hunc quidem humilis, aduerſus illum uerò inſolens: ſed in omnes humilis, ſiue amicus ſit, ſiue inimicus, ſiue magnus, ſiue paruus. Hæc enim eſt humilitas animi. Licet enim humilem eſſe, ſimul & facile irritabilem & iracundum: ſed nullo operæ precio. Sæpe enim ira correptus, omnia perdi-

perdidit. Nam ueram humilitatem animi hinc diſcere licet animum aduertentibus. Cum ueniſſet Ieſus Capernaum, acceſſerunt ad Petrum ij qui didrachma accipiebant, dixeruntq́ue: Præceptor ueſter non pendit didrachmum? Et uide. Ad ipſum quidem Chriſtum adire auſi non ſunt, ſed ad Petrum. Ac ne ad hunc quidē magna cum uehementia, ſed modeſtius. Neq; enim poſcentes, ſed interrogantes dicebant: Præceptor ueſter nō pendit didrachmum? Necdum enim cō uenientem de eo habebant opinionem, ſed quaſi de homine ſentiebāt, niſi quòd reuerentiam quandam & honorem ipſi exhibebāt, propter peracta ſigna. Quid igitur Petrus? Etiam, inquit. Et his quidem, ſoluere eum: ipſi uerò, nō dixit: fortaſſe quòd puderet eū, de his ipſum compellare. Quid igitur, qui omnia exactè nouit Deus? Anteuertens eum, inquit: Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus tributum, uel cenſum accipiūt? à filijs ſuis, an ab extraneis? Ab extraneis, inquit. Dicit ei Ieſus: Nū igitur immunes ſunt filij? Ne enim exiſtimaret Petrus, quod ab illis audiſſet, eum dice-

re, anteuertit eum, cùm hoc ipſi aperiẽs, tum fiduciam præbens, ambigenti prius de his dicere. Quod autem dicit, huiuſmodi eſt: Immunis equidem ſum à dando cenſu. Si enim reges terræ à filijs ſuis non accipiunt, ſed à ſubditis: multo magis me immunẽ eſſe oportet ab hac exactione, cum ſim nõ terreni regis, ſed cœleſtis filius, atq; Rex. Et his dictis, inquit: Verùm ut ne offendamus ipſos, uade ad mare, iace hamum, & piſcem qui primus hæſerit, tolle, & inuenies in ipſo ſtaterem, eum ſublatum da ipſis pro me, atq; pro te. Vide quomodo neq; detrectat tributum, neque ſimpliciter dare iubet: ſed cum primùm oſtendiſſet, nõ debere ſe, tũ demũ dat. hoc quidẽ faciens, ne illi offenderentur: illud uerò, ne hi. Neq; enim, quaſi qui deberet, dat, ſed ut infirmitatem illorum corrigens. Sed qua de re non ex repoſitis dare iuſsit? Vt in hoc etiam uniuerſorum ſe Deum oſtendat, & quòd mari dominetur. Neque enim paruum erat, illum prædicere futurum eſſe, ut ex profundo primus incideret, qui tributum penderet, piſcis, et quaſi reti in profundum illud immiſſum

iuſſu

iuſſu eius educi eum, qui ſtaterē ferret, & facere, ut ita mare dona afferret, & undiq; ſubiectionem ipſi oſtenderent. Si igitur magnum uis oſtēdere rectè factū, ne magnificè de te ſentias, et tunc maius id effeciſti. Nam ſi, cum peccatores ſumus, & hoc nos eſſe putamus, quod ſumus, iuſti efficimur, quemadmodū publicanus: quanto magis, cum iuſti ſumus, & peccatores nos eſſe arbitramur? Nam ſi dixeris te ipſum probum, factus es inutilis, etiamſi probus fueris. Vt enim ſuperbis nouit Deus reſiſtere, ita gratiam dare humilibus, quia ipſum decet gloria, & imperium, in ſecula ſeculorum: Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOmi, *de Aduerſa ualetudine, & medicis, Oratio, Martino Cromero interprete.*

CVm in aduerſam ualetudinem inci deris ô homo, recordare corporis Iobi, & ſanctæ illius carnis: ſancta enim erat, & pura. Nam quis ita ægrotauit unquam? quis tantam plagam accepit? alterum'ue qui acceperit, uidit? Non eſt

ſequêris, quòd ab hominibus oblata incommoda generoſe tuliſti, & ei qui poterat quidem, ſed noluit prohibere, gratias egiſti. Neq; enim bonus quiſpiam ſine peccato eſt, neque malus quiſpiam ſine iuſtitia: utriuſque autem compenſatio, & remuneratio eſt. Si quis iuſtus et mali quid egerit, & ægrotauerit, & ſupplicio addictus ſit, ne commoueare, ſed dicito: Hic iuſtus paulum quid mali fecit aliquando, & recipit hic, ut ne illic puniatur. Rurſum ſi uideas peccatorē rapientem, auarè agentem, iucundè uiuere, cũ innumerabilia mala faciat, ne ita quidem commoueare, ſed dicito: Hic peccator, qui innumerabilia mala perpetrat, boni quippiam fecit aliquando, & recipit hic bona, ut ne illic mercedem repetat. Hoc autem & in Lazaro eſt uidere, quoniam contigit, ut & ille peccata quæpiam, et diues rurſus boni quid haberet. Audi quid dicat Abraham: Recepiſti bona tua illic, & Lazarus mala ſua. Qualia? egiſti quid boni, recepiſti pro eo diuitias, bonam ualetudinem, delitias, potentiam, honorem, & nihil tibi debetur. Quid igitˀ Lazarus? Nihil'ne peccauit?

Sanè

Sanè uerò: propterea dicit, & Lazarus mala ſua. Cum enim tu bona tua recipiebas, tunc & Lazatus mala. Animaduerte autem quid dicam. Iob iuſtus erat, irreprehenſibilis, uerax, pius, & afflictum eſt cor eius hic, ut illic mercedem repeteret. Ait enim Deus ad eum: Sed fruſtra me tibi oraculo præcepiſſe putas, ut exiſtas iuſtus? Num igitur peruertit ſanctum illum Iob uxoris cõſilium? Imò uerò contrarium magis fecit, maioremq́; in modum eum confirmauit, ita ut increparet etiam uxorem. Maluit enim dolere & affligi, & innumerabiles aduerſitates pati, quàm cum conuicio exitum ab huiuſmodi malis ullum inuenire. Sed uulgus hominum cum in aduerſam ualetudinem inciderint, conuiciantur illico, & ærumnam quidem morbi ſuſtinẽt: lucro uerò, quod ex eo morbo per patientiam percepturi erant, fraudantur. Quid facis ô homo? Benefactori, & curatori, & defenſori, & ſeruatori conuiciaris? Nõ ſentis quod in præceps feraris, & in profundum extremi interitus temetipſe coniјcias? Propterea nanq; diabolus innumerabiles aduerſitates infert, ut in profun-
dum

dum illud deducat: ac ſi quidem conuiciantem te uiderit, facile dolorem auget, maioremq́ facit, ut cum pungeris, rurſus faſtidio replearis. Sin fortiter ferentem animaduerterit, & quo magis morbus intenditur, eo magis gratias agẽtem Deo, abſtinet confeſtim, uelut temerè & fruſtra inſidias tenſurus deinceps. Quã'nam ob rem indignaris, ô homo? & cõuiciaris, ſi in quippiam, quod diſpliceat, unquam incideris? An enim, ſi conuicieris, leuiorem morbũ facis? Imò uerò intendis ipſum, & multo grauiorem dolorem efficis. At nõ potes tacere, cũà dolore pungeris? Verùm tu pro cõuicio, gratias age, lauda, celebra Deũ. Nam ſi conuicieris, tum Dei auxiliũ propulſaſti, tũ diabolum acriorem contra te effeciſti. Quòd ſi gratias agas, & improbi dæmonis inſidias propulſaſti, & curatoris Dei curam tibi adiunxiſti. At conſuetudine lingua ſæpenumero fertur incita, ut improbum uerbum proloquatur. Verùm tu, ubi feretur incita, priuſq́ uerbũ proferat, mordicus eam dentibus undiq́ uehementer cõſtringe. Melius eſt ut nũc ſanguine perfluat, quàm ut illa die guttã appetens,

petens, leuamen cõſequi non poſsit: quẽ admodum in diuite. Præſtat ut temporarium dolorem perferat, quàm ut tũc perpetuò & æuo ſempiterno frigatur. Cum igitur in grauem morbum incideris, & multi adfuerint, qui cogant, alij quidem incantationibus, alij amuletis, alij porrò alijs quibuſdã leuare malũ: tu uerò propter timorem Dei generoſo & infracto animo tuleris, & omnia pati malueris, quàm ut eiuſmodi quicquam facere ſuſtineas, hoc tibi martyrij coronã affert. Et ne dubita. Quemadmodũ enim ille tormentorum cruciatus fert fortiter, ut ne adoret ſimulachrum: ita & tu morbi dolores perfers, ut ne ullius rei ab illo indigeas, neq; facias ea quæ imperat. At enim uehementiores illi ſunt. Verùm hi diuturniores: ꝙcirca par exitus. Nam cũ febris ardor intus moleſtus eſt & urit, tu uerò alijs hortantib. incãtationẽ refutas, nõ'ne martyrij coronam induiſti? Cum enim incantatores magna cum contumelia domo eieceris, omnes qui audierint, laudabunt & admirabuntur, dicentq; ad ſe mutuò: Hic ægrotans, cum innumerabilia hortarentur quidam, & monerent,
&

& conſulerent magicis quibuſdam incã tationibus uti,non eſt aſſenſus,ſed dixit: Præſtat ſic mori, quàm prodere pietatẽ. Quòd ſi hic tãtæ laudes ſunt,cogita quã tas illic coronas feres, cum præſentibus angelis & archãgelis Chriſtus tranſiẽs, manu te apprehenſum in medium theatrum illud producet, & omnibus audiẽti bus dicet: Hic homo febri correptus aliquando, cum innumeri eum hortarẽtur, ut è febri illa euaderet, propter nomẽ me um & timorem mei, ut nulla in re offenderet, repulit ac deſpexit eos, qui ſe illo modo curaturos recipiebant: maluitq́ morbo emori, quàm beneuolentiam erga me prodere. Nam ſi eos qui ſe potarunt, & cibarunt, & ueſtiuerunt, in medium producit: multo magis eos, qui propter ſe febres ſuſtinere in animum induxerunt. Neq; enim par eſt, dare panem & ueſtimentum, et morbum diuturnum ſuſtinere. Sed longè hoc illo maius eſt: ita & corona erit ſplendidior. Audiuiſti quæ de Lazaro dicta ſunt, quomodo cũ fame, morbo, ſolitudine, per omne tempus ſuum luctatus eſt: ita ut & uitam ipſam in ueſtibulo diuitis finiret, negle-

ctus,

ctus, eſuriẽs, canibus eſca expoſitus. Adeò nanq; corpus ipſius debilitatum erat, ut ne abigere quidẽ poſſet canes inuadentes, & uulnera lambentes. Sed tamen non quæſiuit incantatorem, nõ applicauit * folia, non magica mouit, non præſtigiatores ad ſe uocauit, non quicquam aliud uetitum fecit. Sed maluit immori malis illis, quàm exiguam prodere pietatis partem. Quæ igitur uenia nobis dabitur, tantas aduerſitates patiente illo, & tolerãte fortiter: ſi propter febrem aut uulnera, ueneficos præſtigiatoresq; domos noſtras accerſamus? Multi enim ſæpenumero ægrotant, ſed neceſſario alimento non egent. Alij in extrema paupertate uiuunt, ſed bona ualetudine fruuntur. Lazarus uerò ita erat debilitatus, ut ne canes quidem poſſet abigere, ſed mortuus ſpirans iacebat, iuuadẽtes quidem eos cernens, ſed arcere non ualens. Ita ipſi membra debilitata erant, ita tabeſcebant aduerſa ualetudine, ita conſumebantur tentatione. Quòd ſi per ſe horum quoduis intolerabile & acerbũ eſt, quando ſimul coniuncta ſunt: quomodo non adamas quiſpiã erat, qui ea ſuſtinebat?

* πέταλα.

Nam

Nam ſi in ſolitudine & inhabitabili poſi tus hæc fuiſſet paſſus, & neglectus fuiſ ſet, non hoc doluiſſet, ac ſuaſiſſet, ut inui tus ferret ea quæ acciderẽt: Ei uerò, qui in medio horũ, quibus res erant ſecũdę, iacebat, nulla, ne uulgari quidẽ, cura di gnari, acriorẽ faciebat malorum ſenſum. Cogita, quonã modo affici eũ par erat, cernentem paraſitos, adulatores, deſcen dentes, aſcendentes,, exeuntes, introeũ tes, tumultuantes, temulentos. Nos qui dem certè etiamſi innumerabiles aduer ſitates patiamur, habemus tamẽ intuen tes in illum, unde affatim ſolatij accipia mus. Nam ſocios ſuorum malorũ reperi re, dolentibus multum affert ſolatij: ille uerò neminem alium uidere potuit, qui eadem illa quæ ipſe patiebatur, paſſus eſſet: quin etiã præſente hac uita, res prę ſentes concludi putabat. Erat enim ex ijs, qui fuerunt ante gratiã. Quòd ſi nũc noſtris temporibus poſt tantam Dei co gnitionem & bonas ſpes reſurrectionis, & præparata ijs qui rectè agunt, bona, tam puſillo quidã ſunt animo, ut ne his quidem expectationibus corrigantur: quonam modo illum par fuit affici? Imi

temur Lazarum, et diuites, et pauperes. Necq; enim unum, aut duo, aut tria duntaxat, ſed multo plura uirtutis certamina ſubiuit: paupertatem, ſolitudinem opitulatorũ, aduerſam ualetudinem: quòd nõ duos tréſue dies, uerùm per omnem uitam, & ſe in his, & diuitem in contrarijs uidebat: quòd aliũ Lazarum intueri non habebat: quòd nihil de reſurrectione philoſophari poterat: quòd cum prædictis malis, malam etiam ſuſpicionẽ apud uulgus hominum ex illis calamitatibus ſibi collegerat. Quam igitur defenſionem habebimus, ſi, cum hic omnia ſimul aduerſa tam fortiter tulerit, nos ne dimidium quidem feramus? Non enim habes, non habes oſtendere, necq; dicere alium quempiam, qui tam multa & talia paſſus ſit. Propterea nãcq; ipſum Chriſtus in medium propoſuit, ut in quodcũque aduerſitatis genus inciderimus, exuberantiam ultrà id uidentes, luculentum ex ipſius philoſophia ſolatium & leuamen accipiamus. Communis enim totius orbis terrarum magiſter propoſitus eſt ijs, quicunque aduerſi quid patiuntur, omnibus intuendum ſeſe exhibens,

bens, & omnes uincētem malorum ſuorum exuberantia. Etenim ſapientes medici putrida membra ſecturi, aut lapides meatibus inhæreſcentes extracturi, aut aliud quoppiam naturæ peccatum correcturi, non in angulum abducto ægroto id faciūt: ſed cum in medio foro eum propoſuerint, theatrumq́ ex prætereuntibus conſtituerint, ita demum ſectionē adhibent. Atq; id faciunt, non quòd uelint humanis miſerijs inſultare: ſed ut eos qui adſpiciunt, in alienis corporibus doceant, multã ſanitatis ſuæ gerere prouidentiam. Cum igitur uideris iuſtū premi & uexari aduerſa ualetudine, et innumerabilibus alijs aduerſitatibus præſentem uitam finire, dic ipſi, niſi eſſet reſurrectio et iudicium, nequaquam Deus tã ta mala paſſum, nullo bono fruitum, ſineret hinc dimigrare. Vnde planum eſt, quòd aliam ipſis uitam parauit, præſente hac ſuauiorem, ac multo optabiliorē. Enimuerò quãnam id ratione conſiſteret, q̄ improbos multos præſentem hanc uitam in delitijs degere paſſus eſt, iuſtos uerò multos in innumerabilib. reliquit malis: cum ſit & appelletur iuſtus, noue-

dentes pariter atq; priores poſſeſſores, de illarum quidem fabrica, de horum autem & corporis habitudine, & animi ſtudio inquirentes: multo magis uxores ducturos tantam, ac longè maiorem etiam prouidentiam gerere oportet. Domum enim uicioſam, & ſeruum, ſi ineptus uideatur, reddere uenditori licet: uxorem uerò ductã reddere ijs qui dederũt, non licet. Malum eſt igitur pauperiorẽ uxorem ducere, malum item opulentiorem. Nam illud quidem facultatum detrimẽto uirum afficit, hoc uerò authoritatis & libertatis. Et multi ex ijs qui meretricibus adhærent, non modò æternam mortem inde ſubierunt, ſed & hic mali malè perierunt, ærumnas à meretricantibus mulieribus perpeſsi. Cum enim contenderent illæ, ut adhærẽtem ſibi amore ſui penitus adſtringerẽt, magicas artes excitarũt, amatoria pocula appararunt, multasq; præſtigias conſarcinarunt: ita deinde in grauem morbum cõiectum, & lui tabiq; lentæ traditũ, & in innumerabilia mala coniectum, ex hac uita ſuſtulerũt. Si igitur homo gehennam non metuis, at præſtigias earum metue. Cum enim

per hanc laſciuiam Dei te auxilio priuaueris, et ſupernam opem tibi præcideris, ſuſcipiens, excluſo omni metu, meretrix, cum dæmones ſuos inuocarit, & folia ſcripſerit, et inſidias ſtruxerit, facile ſanè ſalutem tuam opprimit, probrum te & ludibrium omnibus qui urbem inhabitant, conſtituens. Si igitur animum tuum oblectare uis, ne ito ad theatra, ſed ad uiridaria, ad præterlabentem amnẽ, & ſtagna: perdiſce hortos, audi canẽtes cicadas: frequenta ad martyrum monumenta, ubi corporis ſanitas eſt, & animi emolentum, & nocumentum nullũ. Habes uxorẽ, habes liberos, quid par huic uoluptati? Habes domum, habes amicos. Hæc ſuauia ſunt cum temperãtia, & lucrum præbent. Quid enim liberis dulcius, dic mihi? Quid uxore, ei qui temperans eſſe uelit? Barbari ſanè feruntur quondam uerbum philoſophia plenum dixiſſe. Cũ enim de exlegibus iſtis theatris, & importuna oblectatione audiuiſſent: Romani, inquiunt, quaſi liberos & uxores non habeant, ita huiuſmodi uoluptates excogitarunt. Cum igitur uideris uenuſtam mulierem, fulgidum habẽ-

tem

tem oculum, uultu hilare coruſcantem, eximium quendã decorem aſpectu præ ſe ferentem, urentem mentem tuam, & concupiſcentiam augentem: cogita terrã eſſe id quod admiraris, ſtercus quod te urit, & cõquieſcet furens animus. Detege ipſi cutem uultus, & tunc uidebis omnem uenuſtatis uilitatem. Ne ſubſiſtas ſuperficie tenus, ſed interius penetra cogitatione: nihil aliud inuenies, quàm oſſa, & neruos, & uenas. Sed non ſufficiũt hæc. Cogita mihi, eam alterari, ſeneſcere, ægrotare, ſubſidentes oculos, cauas genas, florem illum omnem defluẽtẽ: animaduerte quid admireris, & pudeat te iudicij tui. Lutum admiraris, & ſtercus, & puluis te urit atq; cinis. Pulchritudinis enim eius, quã adſpicis, ſubſtãtia, nihil aliud eſt q̃ pituita, deſtillatio, ſanguis, & alimenti cõputrefacti ſuccus. His enim & oculi, & genæ, & reliqua omnia rigantur. Quod niſi quotidie rigationem illam accipiat, ab aluo & iecinore prodeũtem, ſtatim tota auolat, ſubſidente plus æquo cute, & oculis in cauum recedẽtibus. Quocirca ſi tecum reputes, quid intra pulchros illos oculos

ſubſit, quid intra rectũ naſum, quid intra os & genas, nihil aliud dicturus ſis uenuſtatem corporis, quã ſepulchrum calce illitũ. Tantis ſordibus intus plena eſt. Et pãniculum quidem, huiuſcemodi aliquid, uelut pituitam, uel mucum habentem ſi adſpicias, ne extremis quidem digitis contrectare, imò neq; adſpicere ſuſtines: ad horum aũt cellas, & horrea obſtupeſcis? Is igitur qui corporis amator eſt, & ad uenuſtam puellã obſtupeſcit, ſi uelit ſermone diſcere deformitatem ſubſtãtiæ ipſam in ſe, ex aſpectu cognoſcet. Etenim multæ æquales amicæ illius, ac ſæpenumero ſplendidiores etiam defunctæ, poſt unum atq; alterum diem fœtore, & tabo oppletæ ſunt, & putredine uermium. Cogita ergo, cuiuſmodi pulchritudinem amas homo, & ad qualem uenuſtatem obſtupeſcis. Cum autẽ uir uxorem uoluerit eijcere, aut uxor uirum dimittere, huius dicti recordetur, & à Paulo præſente cõdemnari ſe putet, clamante atq; dicente: Mulier ligata eſt lege, quãdiu uiuit uir eius. Hoc declarãs, non adiecit: Si autem uir eius mortuus fuerit, libera eſt. ſed, Si autem dormierit.

tantum

tantum non conſolans uiduam, & ſuadens priori cõtentam eſſe, necꝫ alterum ſponſum inducere. Non eſt mortuus, inquit, uir, ſed dormit. Quis autem dormientem nõ expectat? Liberam uerò poſt mortem uiri eam factam eſſe dicens, oſtendit ſeruam fuiſſe prius uiuente illo. Serua autem cum eſſet, & ſubiecta legi, etiamſi decies millies repudij libellũ acceperit, ſecundum externas gẽtilium leges, adulterij legi obnoxia eſt. Neque enim his legibus Deus tibi iudicabit die illo, ſed ijs quas ipſe fixit. Quanquam & externæ leges non ſimpliciter hoc ſtatuerunt, ſed puniunt & ipſę hoc factum, & moleſtè ferunt hoc peccatum. Ab utro enim ſoluẽdi matrimonij occaſio extiterit, eum detrimento facultatum multant, nudum & uacuũ pecunia illinc eijcientes. Fertur quidam externorum philoſophorum improbam habẽs uxorem, & garrulam, & uinolẽtam, interrogantibus, quam ob cauſam talem habens toleraret, dixiſſe: Vt exercitationem et paleſtram domi habeam. Ero enim alijs placidior, inquit, in hac edoctus quotidie. Ille igitur philoſophus propterea dicitur

uxorem malã habens, non eieciſſe. Qui dam autem, ob id etiam ipſum eam duxiſſe aiunt. Cum igitur Græci magis nobis ſint philoſophi, quam defenſionem habebimus, cõtumelia afficientes eam, propter quam etiam parentes Deus iuſſit dimittere? Qui autem ſermo exprimere poterit, cũ eiulatus & ululatus per compita feruntur, & concurſus uicinorum pariter & prætereũtium ad domum eius qui hæc dedecora patrat, quaſi fera quapiam intus uaſtante? Melius eſſet, ut ſolum uerteret, qui ſic inſanit, quàm ut in foro conſpiceretur deinceps. Pareamus legi diuinæ, & neq; noſtras uxores eijciamus, neque ab alijs eiectas recipiamus. Quo enim uultu uirum uxoris adſpiciet? quib. oculis amicos eius, atq; ſeruos? Nam ſi, cum mortuo quopiã, uxorẽ eius quiſquã duxerit, deinde imaginẽ ſolam repoſitam uideat, commouetur, atque diſcruciatur: intuentem uirum eius, quę ſecum habitat, intuens, cuiuſmodi uitam uiuet? quomodo domum ingredietur? qua mẽte, quibus oculis aſpiciet uxorem ſuam, quæ illius ſit? Quin rectius neq; illius, neq; ſuam, eam quæ il-

lius

lius ſit, quiſpiam appellauerit. Adultera enim, nullius eſt uxor. Etenim pacta, quæ cum illo habuit, conculcauit, & ad te non legitimè uenit. Quantæ amentiæ eſt, rem tãtis plenam malis domum adducere? Nũquid mulierum penuria eſt, eo quòd tantam perniciem capiti tuo attrahis? Nam quæ priori uiro contenta eſt mulier, oſtẽdit, ne electuram quidem ſe eum fuiſſe initiò, ſi bonã habuiſſet rei experientiam. Quæ uerò in cubiculum prioris alterum inducit ſponſum, nõ paruum edidit magnæ cum mundo amicitiæ & affectionis erga res terrenas argumẽtum. Nam ſi eas mulieres, quę ſuperſtitibus adhuc uiris decedũt, admiramur omnes, et cõmendamus: quomodo non ſtupeſcendæ & laudandæ ſunt eæ, quæ erga mortuos etiã eandem præſeferunt beneuolentiam? Non igitur alteras nuptias eiijcimus, ſed hortamur, ſi quis continere poſsit, ut in prioribus acquieſcat. Sæpe enim pugnæ, & quotidianorũ bellorum principium & occaſio, alteræ nuptiæ factæ ſunt. Sæpenumero enim uir ad menſam ſedens, prioris uxoris recordatus, coram altera, placidè illachrymauit;

uit: at illa ſtatim efferata, perinde atque fera inſiluit, amoris erga illam pœnam ab eo expetens. Quod ſi laudare defunctam uoluerit, belli atq; pugnæ occaſio fit laudationis argumentum. Et cum inimicis quidem mortuis pacificamur, & poſt uitam ipſorum inimicitias cum eis diſſoluimus: in uxoribus uerò contrarium prorſus uſuuenit. Quam enim neq; uidit, neque audiuit, à qua nihil moleſti paſſa eſt, eam odit, & auerſatur, ac ne mors quidem odiũ illud extinguit. Quis uidit, quis audiuit æmulatione peti, & oppugnari cinerem? Nec tamen hoc fini moleſtia terminatur. Sed ſiue naſcantur liberi ex altera, ſiue non naſcãtur, bellum rurſus, atque pugna. Nam ſi non naſcantur, dolet admodum, & perinde ac hoſtes, & à quib. graui iniuria affecta ſit, prioris liberos adſpicit, manifeſtiorem orbitatis ſuæ ſenſum ex illorum uita capiens. Sin autem naſcantur, rurſus nõ minor moleſtia. uir enim ſæpe amanter ſe habẽs erga mortuam, amplectitur illos, amans iuxta ac miſerans eos, utpote pupillos: illa uerò ubiq; ſuos præferri uult. Audite uiri, audite mulieres coniugum

amorem

amorem mutuum, quem inter ſe uſq; ad pericula ipſa præ ſe tulerunt. Cum enim habitaret Abraã in Geraris, dixit de Sara uxore ſua: Soror mea eſt. Timuit enim dicere, uxor mea eſt, ne quando occiderent eum uiri ciuitatis illius, propter ipſam: & miſit Abimelech rex Gerarorum, & abſtulit Saram. Cogita mihi tempeſtatem cogitationum, quam pertulit iuſtus ille, cum uideret uxorem ſuam abduci, neq; poſſet uindicare. Tacitè enim cuncta ferebat, ſciens non neglecturum ſe eſſe Dominum, ſed citius opem laturum. Et Saræ autem magnum coniugalem amorem admirari licet, quem oſtendit, ut iuſtum illum è periculo eriperet. Conueniebat enim ei fabulam detegere, ut effugeret apertã iniuriam. Sed generoſe omnia pertulit, ut ſalutem iuſto illi præſtaret. Et impletum eſt dictum illud: Quoniam erunt ipſi duo in carnem unã. Perinde enim ac ſi una caro eſſent, mutuæ ſalutis curam gerebant: tãtamq; præ ſe ferebant concordiam, ac ſi unum corpus eſſent, & una anima. Si uerò noſſe uultis, quónam modo iuſtus ille uxorem filio ſuo acceperit, audite: Et factum

eſt,

eſt, quando ab extremam ſenectutem ue
nit Abraam, uolens ut Iſaac Chananæo
rũ cognatione abſtineret, ut ne inde uxo
rem duceret, uocato beneuolentiore de
ſeruis, præcepit ipſi hac de re, & ait: Po-
ne manum tuam ſubter femur meum, &
adiuro te per Dominum Deum cœli &
terræ, ut ne accipias uxorem filio meo I-
ſaac de filiabus Chananæorum, cum qui
bus ego habito inter ipſos. Sed ad terrã
meam, ubi ortus ſum, uade, & ad tribum
meam, & accipies inde uxorẽ filio meo.
Cognouiſti præceptũ Patriarchæ, quod
ſeruo præcepit? Cogita, quomodo anti
quitus ſtudium collocabant, non pecu-
niæ copiam quærentes, non magnas di-
uitias, & ſeruitia, & iugera terræ tot, &
tot: non exterioris pulchritudinis deco-
rem, ſed animi pulchritudinem exquire
bant, & morum nobilitatem. Ac Patriar
cha quidem ille animi uirtutis curam ha
bens, & indigenarum improbitatem fu-
giens, hoc facit. Cęterũ omnes qui nunc
ſunt, nunquam animum inducerent ali-
quid eiuſmodi cogitare: uerùm etiam ſi
decies mille malis plena fuerit, unũ mo-
dò perquirunt, pecuniæ copiam. Cæte-
ra

ra omnia poſteriora ab ipſis ducuntur: neq; ſciunt corrupto iudicio, etiam ſi immenſæ affluant diuitiæ, citius ad extremam paupertatem ſe redactum iri: neq; ullam fore utilitatem copiæ, ſi non adſit animus, qui rectè diſpenſare poſsit. Si uerò magnificentiam uis in nuptijs oſtẽtare, lucrum habẽtem, uoca choros pauperum. Verùm pudet te, & erubeſcis? Quid confeſsione hac deterius, cum diabolum quidem domũ trahens, nihil turpe facere te putas: Chriſtum autem inducturus, erubeſcis? Sed nemo in ciuitate hoc fecit, inquit. At tu incipe, da operã, ut princeps ſis pulchræ huius conſuetudinis, ut poſteri ad te referant: &, ſi quis æmulabitur et imitabitur opus iſtud, nepotes, & qui ab his naſcentur, habeant dicere ijs, qui quærent: Quia ille primus pulchram hanc legem introduxit. Et quod ab alijs rectè factum erit, tibi, qui primus ſeuiſti, fructum illorum acceptum feret. Et quemadmodum mollibus, & hiſtrionibus choreas illic ducentibus, diabolus in medio laſciuit: ita etiam pauperibus ingrediẽtibus, Chriſtus adeſt. Ac de ſumptu quidem illo nihil re

dit

dit compendij, ſed magnum diſpēdium potius: ex ijs uerò impenſis, quæ in hos fiunt, multum fructum citò percipies. Et quod hoc uerum ſit, ex puella illa Ioppē ſi diſce. Hanc enim quondam mortuam iacentem circumſtantes pauperes, qui ab ea alebantur, exuſcitarūt, & ad uitam reduxerunt, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria & imperium cum Patre & ſancto Spiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum: Amen.

F I N I S.

EPIPHANII BREVIS, ET VERA ORATIO, DE FIde *Catholica, & Apoſtolica Eccleſia*: VITO AMERPACHIO *interprete.*

NOS iam diuerſa, uaria, confuſaq; diſtortorũ conſilia, pertractatis petulantibus cõtrariorũ doctrinis, diuiſisq; ſpeciatim, & generatim, auxilio diuino, uana ac fœtida eſſe demonſtrauimus. et tranato proceloſo, qui ab unaquaq; hæreſi eſt, impetu conuiciorum, & maledictorum, & minimè ſuauium arcanorum infinito, uix tandem undiq; ſolutis quæſtionibus, & earum ſuperata moleſtia, ueritatis amœnis locis adpropinquauimus. Ac ita quidem pertrãſiuimus locũ in mari omnem periculoſum, et omnem turbationem, æſtum, & fluctuum incuruationẽ ſuſtinuimus. Salum, & uortices, ac breuia non uulgaria, cum locis propter feras noxijs, uidimus. Cumq; dicendo in horum exploratione fuerimus uerſati, pacis portum nũc adſpicientes, ad quem applicare feſtinamus, iterum ha-

Tranſitio quædam ab opere De hæreſib. ad hanc uelut antitheſin.

bemus dignum oratione Dominum cõ uenire. Atq; ita liberati metu omni, turbatione, ac nauſea: conſtituti uerò in optimo habitu, & ex firmitate loci uelut inſpirati iucũditate, ac ſecuritate, inq; trã quillo portu corroborati ſpiritu, lætamur. Multa ſanè, ſi dicẽdum eſt uerum, moleſta in his, & non leues contumelias paſsi: terram deinde, mareq́;, ut ſic dicã, pedibus conficientes, & nauigantes: ac terræ quidem aſperitates, ſolitudinis uerò difficultates, mariumq́;, de quibus dictum eſt, pericula, & ſimul ciuitatem aſpicientes, ad ipſam properabimus ſanctam Hieruſalem, uirginem Chriſti, & ſponſam, tutum fundamentum, et petrã, matrem noſtram grauem, & ſponſam Chriſti, & ipſi opportuniſsimè dicẽtes:
Eſaiæ 2. Venite, aſcendamus in montem Domini, & domũ Dei Iacob, & annũciabit nobis uiam ſuam: & quæ ſequuntur. Agite igitur, Chriſti pueri, filij ſanctę Eccleſiæ Dei, qui ſcriptum hoc octoginta hæreſum placidè pertranſiuiſtis, & mecum tantam odioſarum doctrinarum, de quibus dictum eſt, molem: quiq; tantam ſolitudinẽ peruaſiſtis, formidabilẽ, & ſitibundam,

bundam, inuocemus uniuerſorum Dominum, hunc iterum expetentes, ac in unoquoq; horum hæreſum loco, uelut in Merra loco, & in ſiti formidabilis, & inuiæ ſolitudinis, identidẽ obuiantes flexuoſis orationibus illorum, & ipſi acclamemus: Quemadmodum ceruus deſiderat ad fontes aquarũ, ſic anima mea deſiderat ad te Deus. Et iterũ: Quando ueniam & apparebo ante faciem Dei. Velociter igitur & nos uocemus, non, ut ille, ſponſam, qui ſponſus eius eſt, Dominus, & herus, rex, Deus, & defenſor: ſed, ut ſerui eius, nos unà uocemus ei conſona dicentes & ipſi: Veni de Libano ſponſa. Quia tota pulchra es, & macula non eſt in te. Hortus magni artificis, ciuitas ſancti regis, ſponſa immaculati Chriſti, uirgo pura, ſoli uni uiro deſponſata in fide. Lucida, & procumbens ut aurora, pulchra ut luna, electa ut ſol, pauor ut acies inſtructa, quę dicitur à reginis beata, canitur à concubinis, à filiabus laudatur, è ſolitudine aſcendens, & dealbata, incũbens in filium ſororis ſuæ, ſpirãs odores, è ſolitudine aſcendens, ut uirgula fumi uaporans myrrhã & thus,

Exodi 15. *Pſalm. 41.* *Ibidem.* *Cant. 4.* *2. Cor. 11.* *Cantic. 6.* *Cantic. 8.* *Quæ aſcendit de deſer*

to, delicijs affluens, in nixa ſuper dilectũ ſuũ. Cantic. 1. ex pulueribus aromatarij ſuauiter fragrã tis, quem præuidens dixit: Vnguentum exhauſtum nomen tuum. Propter hoc adoleſcentulæ dilexerunt te. Stans ad regis dextram, induta fimbriatis, exornata uariè pertextis auro, nihil tenebroſum habens, olim denigrata, nunc uerò pulchra, & dealbata. Vt cũ in te ſumus, ab odioſis hęreſum negocijs, quę nos antea peruaſerãt, exoneremur, & quieſcamus ab agitatione maximi fluctus illorum, & reſpiremus in te Sancta mater Eccleſia, & in ſancta in te doctrina, inq; ſancta & ſola Dei fide in ueritate. *Attentio.* Sed incipiam de hac ſancta Dei ciuitate miranda exponere. Glorioſa enim de ipſa dicta ſunt, ut inquit Propheta: *Pſal. 86.* Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei. Quæ ſunt hominibus inacceſsibilia, incredulis aliena: credulis autẽ, & ueracibus hominib. ex parte ſunt aliqua, ſed promiſsione ꝑfectionis, ut quæ ab ipſorum Domino præſtabũtur in regno cœlorum, ubi ſancta uirgo, et cõſors ipſa cum primo ſponſo habuerit in cœlo ſortẽ & hæreditatẽ. Ac primò, quòd Deus, qui eſt in omnibus, ſit nobis Deus, qui geniti ſumus ex

hac

hac ſancta Eccleſia. Nam hæc eſt demõſtratio prima circa ueritatẽ, & firmamentum fidei ſolius huius uirginis, & ſanctę columbæ, ac non aſtutæ, de qua Dominus in ſpiritu Salomoni reuelauit in Cãtico cãticorum, et dixit: * Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta pellices, & adoleſcentulæ, quorum non eſt numerus. Vna eſt columba mea, perfecta mea, cũ appoſitione mea, & mea. Nam ipſius colũba, & ipſius perfecta, ut aliæ dicantur, & non ſint, ipſa uerò duplex dicatur. De alijs enim haud dixit, Octoginta ſunt pellices meæ, tametſi reginis propter celebritatem appellationis copulationẽ honoris dedit. In pellicibus autem alienam perfectionem oſtendit, quarum numeros interpretando,

** Hoc dicto utitur uelut fundamento reliquæ totius orationis, quæ in explicatione huius contẽtionis reginæ ac pellicum uerſatur.*

Argumẽtũ à repetitionis figura. id eſt, proximum honorem.

Græcus textus hic εἰς ὄνομα λαμβάνοντες : habet, quod eſt ad uerbum, in nomen accipientes: hoc eſt, exponentes, ad rem, & certam ſignificationem deflectẽtes, illuſtre, notum, & celebre facientes. figura ſimili huic noſtræ, in ain namen bringen / das es ain namen hab / namhaftig machende. *Sicut etiã ueteres Græci utuntur ſuo uerbali ὀνομαστὸν, hoc eſt nominabile, dignũ ſermone, fama, gloria, celebratione.*

Secundũ contemplationis eleuationẽ.

Id eſt, quæ tantũ in numeris conſiſtit, qualiſcũq; ſine aliqua cõiũctione cum ipſo. Prima pars collationis de falſis Eccleſijs.

Hic eſt uox ἀναγωγῆς, quæ recentioribus etiam, & Barbaris Theologis latinis pro abſtruſo & arcano ſenſu in ſacris literis in uſu eſt, ut etiam hi uulgares uerſiculi oſtendunt:

Littera geſta docet, quid credas: allegoria
Moralis, quid agas: quò tendas, anagogia,
Non tamen integra, ſed in uicinam corrupta.

Nam longè aliud ἀναγωγία, quàm ἀναγωγὴ ſignificat. Sed hoc fuit commune uitium illorum ſeculorum, non ita paruum, ut libenter facerent, quorum ſimiles habent labra lactucas. Additum habet hæc uox nomẽ θεωρίας, quod alioquin eiuſdem eſt ſignificationis. Abundat hic pater in ſuis operibus hac figura, imò exuberantia, & granditate Aſiatica.

In hoc loco elaborare cogimur, ne trãſiliamus frigidè rem tractando, ſed rationes uerè potius per ſcripturas ueras ueris contemplationibus inueſtigando. Et hoc ideo, quòd numerus etiam in ſacris libris cuiuſcunq; argumenti non ſit prętereundus, & nec poſsit, quod eſt in numeris ordinatum, uelut exoletũ aliquid eſſe, nec ut ocioſum haberi, quodq; reginæ ſunt animæ, quæ iampridem in ætates relatæ ſunt. Nam uti, cum ſint multa membra in corpore, unus homo propter caput numeratur: ita, cum regẽ cœtus multi comitentur, ab hoc uno tota multitu-

multitudo, quæ paret ei, quia caput eſt, in unum refertur. Progenies igitur, quæ eſt in Chriſto, regina eſt uocata, non ꝙ omnis progenies regnauerit: ſed una, quæ nouit Dominũ per appellationem uiri, qui regiam dignitatem & ordinem ob cauſam gerit. ut ſi dicatur: Adã & tota eius progenies, numerat̃ hæc regina, eiusq́ꝫ principatus, & patria dominatio, quę regnarũt cum ĳs qui fuerũt cum eo, Dei cognitione: quodq́ꝫ primũ opus factum eſſe dignũ eſt habitum, & qui primus ad pœnitentiam iter monſtrauit, ut habet conſecutio. Poſt hunc Seth, ac totum cum eo genus humanum, Enos, Cainan, Malelcel, & Iared, & Enoch, & Mathuſalem, & Lamech, & Noë, cũ his ſanctis qui numerati ſunt communi ſermone ſecundum progeniei ſeriem, et horum numerus apud Matthæum oſtenditur. ſexaginta enim duæ progenies & patriæ dominationes apud ipſum recitant̃ nominibus uirorum perfectiorũ, & qui Dei cognitionem habuerunt, aut per aliam poteſtatem regiæ gloriæ, & grauitatis fuerunt participes, enumeratio conficitur uſqꝫ ad Chriſti præſentiam. Etenim

Id eſt, pro corpore unius Reipub. habetur.

Patriarchia.

Id eſt, ſuos poſteros.

Geneſ. 5.

Progenies 62.

Patriarchie.

dęcẽ progenies ab Adã uſq; ad Noë prę
terierunt, & à Noë ad Abraham aliæ de
cem : ab hoc ad Dauid quatuordecim:
à Dauid uſque ad captiuitatem quatuor
decim : & à captiuitate ad Chriſtũ pro-
genies quatuordecim , ut ſint ab Adam
uſq; ad Chriſtum ſeptuaginta duæ gene
rationes, quæ ſeptuaginta per compen-
Num. 33. dium numerãtur. Nam cum & in ſolitu-
Exodi. 24. dine ſeptuaginta duæ palmarum ſtirpes
eſsẽt, Scriptura ſeptuaginta nominauit:
& in montem ſeptuaginta uocatis, inue
niuntur ſeptuaginta duo, cum Elad , &
Modad. Et ſeptuaginta duo , regnante
Ptolemæo, fuerunt interpretes, Cauſa ta
men breuitatis conſueuimus dicere, in-
terpretationem Septuaginta: ſic & nũc,
puto, ſeptuaginta reginę dictę ſunt, cum
eximatur ſuperior numerus , & inferior
per mediũ ſeptuagenarij figurarũ, et per
fectæ cõtemplationis gratia. Siquidem
euenit, ut ſex decadibus impleatur ſex
dierum circumductio, ad coaptationem
ab unaquaq; ſtirpe ſanctarum animarũ
in Deo per fidem regnantium. Hinc e-
nim & ſex hydriæ lapideę inueniũtur in
Cana Galilęæ, quæ rurſus implebantur,
cum

cum eſſent uacuæ, capiebantq; ad metretas duas aut tres (de menſura ueteris & noui teſtamenti hoc, deq; ſupplemento trinitatis accipiendo) quæ ſunt ex aqua in impermixtum uinum trãſmutatæ, additæ ad lætitiam nuptiarum & hominũ. Hinc & ſexãgulare in exteris doctrinis uocatur, per ternitatem, & ſeptenitatẽ, ut ſic dicam, in uiginti unius numerum Geometrico augmento factum, cuius ſignificatio eſt perfectio totius cumuli, qui cernit̃ propterea, quòd habeat quadrupliciter quadrangulum, ut ſic dicam, atq; fundamentum, & ſuperius faſtigij tegmen ſenarius numerus abſoluat.

Multiplicationem uocant uulgò Arithmetici.

Intelligit baſim, & corauſtũ, ut uulgus appellat: hoc eſt, inferius & ſuperius latus quadrãguli.

Hic locus eſt ualde obſcurus: ac utinam eſſet tam planus & apertus, quàm non eſt ualde utilis, non certè neceſſarius. Me diu torſit propter cõtraria, quæ uidentur in eo contineri, aut parum inter ſe cohærẽtia. Nã incipit dicere de multiplicatione, ut uocant Arithmetici, denarij numeri cum ſenario: quæ ſanè conuenit cum 60. reginis. totidem enim faciunt decem in ſex ducta. Et addit poſtea de hexagono, & tetragono, cumq; illo uidetur cõmiſcere multiplicationẽ ternarij cum ſeptenario: quaſi eſſet in ea numerus heptagonus, cum tetragono autem hexagonum, ac tandem in hexagonum deſinit. Vt non dicam de obſcuritate

uerborũ τετραχῆ τετραγώνιον, quæ nos uertimus, quadrupliciter quadrangulum. Aliquis ingenioſus, & in Mathematicis plus uerſatus, fortaſſe nõ difficulter intelligeret. Ego fateor, mihi locum ualde intricatum uideri. ne tamen coniecturas meas taceam, ita puto explicari poſſe has tricas. Primò refert non hexagonũ, qui non eſt in ſexagenario, ſed tetragonum lateribus inæqualibus, ad ſex dies operationis diuinæ in creatione. Huc pertinent ſex hydriæ, uelut exemplum, è quarum capacitate ſumit ternitatem: in qua dicit, ut uidetur, ſignificari Trinitatem, ſicut in diuinis perſonis uocari ſolet: ac ideo plenitudinem, & ſupplementum huic numero tribuit, adeóque ipſi Trinitati exhilarationem animæ, tametſi latenter, ut uinum ex aqua factum à Chriſto in Cana conuiuas exhilarauerit. Hexagonum autem propterea coniungit primò cum ternarij, ſeptenarij que inter ſe multiplicatione, ut quidem ego arbitror, quòd hi duo numeri ſint in denario, qui eſt unum ex lateribus inæqualibus in quadrangulo, quem ſexagenarius facit, & hoc uelut accedentem numerorum formam addit. Septenarius certè neq; in numeris præcedentibus eſt, neque in exemplis. Quod ſi eſſent 21. ſexangulus numerus, eſſent omnia planiora. Deinde ſexãgulum, ſi non per hunc intelligit uicenarium cum unitate, ac non eſt hic numerus talis, breuiorum laterum, hoc eſt ſupremi & infimi, cum interiacentibus unitates nominat, quæ ſunt ſex, tametſi aſperè, ac omnino impropriè. Quadrupliciter quadrangulum fortè poſuit, ad differentiam quadrati, quod nunc ita uocant: hoc eſt, habẽtis

tis latera æqualia quadranguli. Superius latus, & inferius in hac numerorũ figura ſenas unitates habere, per ſe iam conſtat. Quod autem ita ueteres doctores Eccleſiaſtici luſerint, & non leue momentum putauerint eſſe in numeris, copioſe teſtantur eorum enarrationes locorum ſacræ ſcripturæ, in quibus aliquid numeratur. ut cum tractant hoc Iohan. 21. de 153. piſcibus, à Petro captis, quem referunt ad augmentum numeri, quod in progreßione quadam continua conſiſtit, ac inde nomẽ habet uulgò, ab uno ad ſeptẽdecim. Nam hi duo cum interpoſitis coniuncti, faciunt 153. denario autem ſignificari dicunt decalogum, ſeptenario dona 5. Spiritus. Ita quinquagenarium, qui eſt in datione legis, & gratiæ, ac Iubilei, referunt ad perpetuitatem futuræ quietis, hoc eſt uitæ æternæ, quòd fiat è ſeptem in ſe multiplicatis, & monade; atque hanc ad Sabbathum accommodant, ſenarium in hebdomade ad ſex ætates mundi. Cæterùm ſeptenarij multiplicationẽ ad abundantiam, & uarietatẽ requiei. Quòd autem ſeptenarius creationem ferè, aut uniuerſitatem ſignificet, notum eſt etiam ex Hieronymo, non tãtum ex Macrobio, & alijs. Ex tribus, & quatuor huius partibus in ſe ductis, ille cõponit uniuerſam quoq; multitudinem iudicantiũ: hoc eſt, ſentit eam in illo numero ſignificatã eße, cum tractat locum de Promißione Apoſtolorum ſeſſurorum ſuper ſedibus 12. & iudicaturorum 12. tribus Iſrahel, Matth. 19. Sed hæc ſufficiunt pro noſtris uiribus, ac uſu in his rebus. Alius fortaße clarius & rectius Epiphanium in hac parte poterit exponere: quod ſanè cupimus, & grato

animo,

animo, ſi fiet, accipiemus. Pergamus nunc in transferendo Epiphanio.

Verùm ne dilatē nimium orationem, iterum puto ſufficere, quæ de ſexaginta reginis, uſq; ad Chriſti præſentiam numeratis progeniebus dicta ſunt. De his uerò quæ poſt Chriſtū, & hucuſq; fuerunt, ſic habet, ut ſoli Domino eſt cognitum. Non amplius enim apud quoſdam ſecundum progenies numeratū eſt propterea, quod numerus iſtiuſmodi argumenti obſignatus eſt, & concluſus reginarum iſtarum numero, qui fuit in uſu, ad illius carnalem uſq; præſentiam. Qui enim poſt hanc fuerunt ſcriptores, aut aliarum rerum, aut orationum, aut annalium, aut rerum geſtarum, non amplius progenies numerant: ſed regum ſucceſſiones, & tempora ſecundum annorum uniuſcuiuſq; regis numerū. Itaq;, ut per omnia perfectè intelligat prudēs, totum tempus ab hac quæſtione contractum eſſe in hoc 62. ætatum ad Chriſtum uſq; tempus, ideo quòd non ulterius poſt Chriſtum iuxta hoc inſtitutū, per progenies tempora mundi numerata ſunt, qui conſumatur in una in unum contractione,

ne,conſtituta ſecundum approbationis diuinæ immutabilem firmitatem, ut ab eadem æui perfectione, quæ circumcidi tur,& in futuri ſeculi tranſitum ſuppletur. Propterea dicit, una eſt colũba mea, perfecta mea: quaſi ad eam perficiantur omnia, tẽpora etiam, & opportunitates anni, & diſcrimina ætatum iuxta reges, aut conſules, aut Olympiadas, aut imperia ſeculum ſeipſum numeret. Octoginta uerò concubinæ ſunt, quæ in medio reginarum uerſantur: & ante carnale regnum, hoc eſt fidei, ac huius ipſius ſpõſæ, uirginis, & immaculatæ, & columbæ & quæ ſola eſt matri ſuæ, ac ei quæ peperit. Nam Eccleſia facta eſt ab una fide, parta per Spiritum ſanctum, una ſoli, & una ei quæ peperit. Et quæcunque poſt hanc uenerũt, & poſt eam, pellices nominatæ ſunt, quę non omnino alienę fuerunt à teſtamento & hęreditate, non autem à uerbo dotatæ, nec etiam quę acceperint ſuſceptionem Spiritus ſancti, ſed coitionem tantum per conſcientiam ad uerbum habuerunt. Hebræus enim pulchrè pellicem appellauit, cum uocauit eã phelegeſtha. pheleg, ſignificat dimidium:

80. concubinæ.

Per uerbũ, ſeu orationẽ (λόγον) intelligit filium Dei Chriſtum.

Iſtha nunc ſcribũt, reliqua ſatis cõgruunt. midium: eſtha, mulierem. ut ſit perinde, quaſi diceret, mulieris dimidiũ. Quantũ enim in Domino fuit, omnes uocauit in liberum lumẽ, ubi dixit: Dum habetis lucem apud uos, in luce ambulate. Et ſanctus Apoſtolus dicit: Vos aũt eſtis diei filij, & filij lucis. Et iterum eſt in diuina ſcriptura: Qui facit mala, odit lucem, & non uadit ad lucem. Ita & concubinæ à uiris non ducuntur nec manifeſtè, nec iuxta dotem: & quanquam habeant copulationem ad corpora uirorum, tamen liberæ uxoris honorem, & appellationẽ, & confirmationem, & donationem ante nuptias, & poſt nuptias, & alia munera, & ingenuitatem, ſiue quod legitimũ eſt, ac uerum, habere non poſſunt. Concubinæ igitur ſunt octoginta, hæreſes aliæ poſt alias numeratę, ut ſuprà dixi. Ne miretur autem aliquis, ſi & alijs nominibus unaquæque harum in ſingulis regionibus appellatur. Quin & hoc eſt obſeruandum, ſæpe unamquanque ſecundũ ſeipſam hæreſim diuiſam in multas partes & nomina cõceſsiſſe. Nõ enim eſt mirũ. Eſt aũt & ſic. Numerũ enim octoginta unũ inuenimus, Vnum quidẽ propter

1. Pet. 2.
Iohan. 12.
1. Theſ. 5.
Iohan. 3.

unam

unam ex omnibus declaratã, ac ſoli ſpõſo deſtinatam, ab ipſo autem ex confeſſo ita nominatã: Vna eſt columba mea. & iterum, perfecta mea: quòd omnes cõcubinæ ſint degeneres, & non accedant in innocentia, puritate, ac manſuetudine. Cohærẽt igitur à principio cum Barbariſmo, & Scythiſmo, uſq; ad eos qui dicuntur Maſſaliani, LXXVII. et Helleniſmus, ex quo ſunt Græcæ hæreſes: & Iudaiſmus, ex quo Iudaicæ: ac Samaritica, ex qua Samariticæ, tribus accedentibus ad ſeptuageſimũſeptimum numerum, et creſcentibus in octogenariũ numerũ.

Hãc & Samaritiſmũ alibi nominat.

Hic noſtri codices habent οε, hoc eſt LXXV. Ego poſui LXXVII. ut ratio numerorum conueniret. Puto enim eſſe mendam, ac οζ, non οε, incorruptos codices habere. Quòd autem addit huic numero Helleniſmum, Iudaiſmum, & Samaritiſmum, ſuo more numerat etiam genera: ut eſt uidere in Epiſtola reſponſoria ſub initium operis, ubi facit diuiſionem: & in ſummaria, quæ eſt ad finem, repetitione. Et hæ partitiones ut inter ſe conueniunt, ita cum ſectione ac ordine, quo uſus eſt in ipſa tractatione, ſeu opere, nõ per omnia conueniũt. Præterquàm enim quòd Stoici & Pythagorij trãſponuntur, in opere prima hæreſis helleniſmi eſt quinta, in partitionibus autem eſt ſexta.

Et hos

Et hoc eſt ex eo quòd hic Scythiſmum præpoſuit cũ alijs quatuor generib. illic uerò poſtpoſuit ſpeciebus. Eſt etiam alia diuiſione uſus in repetitione, quã ἀνακεφαλαίωσιν uocat, uulgus ad uerbum ineptè recapitulationem, ut cupiens legere facile inueniet.

Et relicta una, quæ eſt ſancta uniuerſalis Eccleſia, et Chriſtianiſmus ita nominatus, ut eſt ab initio, cum Adam, & ante Adam, adeoq́ ante omnia ſecula cũ Chriſto, ex uoluntate Patris, & Filij, & ſancti Spiritus, cuiq́ fides habetur cum omnibus ijs qui ſecũdum ſingulas progenies Deo placuerunt, & eo præſente, mundo manifeſtè reuelatus eſt: & nunc poſt has omnes hæreſes, quæ per concubinas iterum à nobis decantãtur, ut ſecũdum cõſecutionem orationis. Ipſa enim oratio ſic in Canticis numerauit, cum dixit ſexaginta reginas, & octoginta pellices, & adoleſcentulas, quarum non eſt numerus. Vna uerò, inquit, eſt columba mea, perfecta mea: una eſt matri ſuæ, ſelecta illi, quæ peperit eam. Et poſtea demonſtrat, quomodo apud omnes inueniri poſsit, ut quæ uincat omnes precio, domineturq́ omnibus, & ſola ipſi electa, cuius liberi capaces hæreditatis regis,

regis, & ueri liberi, ut liberi promiſsio-
nis, & non liberi ancillæ, neque pellicis,
neq; aliarum quæ ſunt abſq; numero, ut
interpretamur. Etſi enim Abrahã è Ce- *Geneſ.25.*
tura concubina liberos habuit, non ta-
men hæredes fuerunt Ceturę liberi cum
Iſaac, dona autem acceperũt legatorum
nomine.

Hic eſt latina uox Legatum ab Epiphanio uſurpata, ut in lib. de Pond. & menſ. Germanica paululũ de deflexa, ῥιτλιάσας, πλήσας δὲ τὸ μέτρον, καὶ ῥιτλιάσας. id eſt, ubi repleuerit menſuram, & agitauerit. Nam ritlen, à noſtris propriè de menſuris dicitur.

Vt adumbratio maneat in eleuatione
orationis, ut ne quis de Chriſti uocatio-
ne deſperet. Etenim dona quæ dedit Iſ- *Et hic eſt*
maël, & filijs Ceturæ, imago erant futu- *Anagoge.*
rorum bonorum in conuerſionem ani-
marum ad fidem, & ueritatem. Agar e-
nim, quæ ancilla erat, & ab Abraham e-
iecta, ut quæ infrà ſeruierat, Hieruſalem
cum ſuis liberis, de qua dictum eſt: Ab-
ieci matrem † ueſtram. Et iterum: Dedi *† In Græco*
repudij libellum in manus eius. huic an- *impreſſo co*
cillæ, inquam, Agar occultius, per ſpem *dice eſt no-*
conuerſionis utrem dat aquæ, ut oſten- *ſtrã, ἡμῶν.*
dat balnei regenerationis uim, quæ data

i eſt in-

eſt infidelibus, ut eſſet eis uitæ munus, et omnibus gentibus ad ueritatis cognitionem cõuerſio. Cheturæ autem filijs dona erant, pecuniarum poſſeſsio, aurum & argentum, & ueſtitus, quæq; Abrahã in peram incluſit arcani cauſſa, thus, myrrham, aurumq; regum Sodomorum, & Gomorrhæ, Chodollogomor.

Gene. 24.

Noſtri latini codices Geneſ. 14. hunc regem appellant Chodorlahomor. Hebræi ſcribunt hoc tempore Cedorlaomær. & hic in Epiphanio ſtatim ſequebatur, & Barſa, qui Berſa in recepta noſtra uerſione dicitur. Hæc uerba nos omiſimus, quia rex hic fuit Gomorrhæ, qui nequaquam fuit ſocius Chodorlahomor, ſed hoſtis. Non igitur congruebat huic membro, ſed præcedenti potius.

Et reliquorum, qui duxerũt captiuos Sodomanos, & Gomorrhanos, & horum ſocios, quiq; ſpoliauerunt equitatum, & in ſeruitutem redegerunt multitudinem hominum, abripuerũtq; ſingulis & pecuniarũ poſſeſsiones, & multa alia quæ ipſe tũc auertit à cæde regũ: nec auſus eſt auertere, quæ nunc Deo dedicata erant: ſed ea cum alijs dedit munerũ loco filijs ſuis, quas habebat è Chetura, ut inuenimus in traditionibus Hebræorum.

Scilicet Abraham.

bræorum. In Chriſti autem præſentia liberi Abraham ĳdem ex Chetura, qui eiecti erant ab Abraham, & profecti ab eo, conſtituerant in partibus Arabicis, & regionis Magodiæ domicilium: magi, dico, uenerunt à ſucceſsione illorum ſeminum, afferentes munera, & dona in communicationem eiuſdem fidei Chriſto Bethlehemi eadē inquam dona, qui conſpicati ſtellam uenerunt. De quibus munerib. clarè Propheta proponit, ubi dicit: Prius quàm ſciat puerulus uocare patrem, aut matrem, auferet potentiam Damaſci, & ſpolia Samariæ coram rege Aſſyriorū. Hæc enim Damaſco, et è Samaria, temporibus Abrahã, ut antea dixi, à regibus eò profectis, capta ſunt. *Eſaiæ 8.*

Vult, Seruatorem noſtrum Chriſtū in Abrahamo regibus ademiſſe aurū, thus, & myrrham: antè, quàm eſſet factus, & natus homo, ſignificatum eſſe à propheta Eſaia, qui ita ſcribit cap. 8. ut ea dona deinde poſt longum tempus à tribus Magis reciperet: aut certè in hac Abrahami præda præluſum eſſe, tanquam huic Magorum allationi munerum, ut clarius nunc ſequitur.

Aliquando igitur accepit ipſa, & hoc eſt quod ille dicit: Priuſquam ſciat nomi

nare patrem & matrem. Sed quando ue nerunt Magi, & aperuerunt ſuas peras, aut theſauros, ut eſt in quibuſdam exem plaribus, obtulerunt myrrham, thus, & aurum. Atq; ita uides, quomodo habeat oratio ueritatis, & conſecutiones. Quomodo etiam hæreſes concubinæ ſint, & earum liberi acceperint munera, quæ ſolo nomine Chriſti appellatæ fuerunt, & paucas à ſacris literis orationes receperint, ut per eas ueritatem, ſi uellẽt, intelligerent: ſi uerò non uellẽt, reflecterent iter ad Herodem. Iubenter enim ad Herodem non reuerti, ſed per aliã uiam reuenire in patriam. Si uerò non facerent imperata,

Epanalepſis hic eſt, cum expoſitione quadam.

nihil his munera prodeſſent: ut illis reditus profuiſſet nihil, ſi reuertiſſent ad Herodem, propterea quòd ſimiliter eaſdem hæreſes exprimant diuinarum orationum doctrinæ. Hæ ſunt igitur octoginta concubinæ, quarum hic numerus infertur, & hę reginę, quæ ſunt animę ſecundum progenies numeratæ: hoc eſt, uiri, & patrum principes. Adoleſcentulæ uerò, quarũ non eſt numerus, in Philoſophiæ

Patriarchæ.

loſophiæ profeſsionibus deinde, quæ fuerunt in toto mundo, & in uniuſcuiuſque animæ inſtitutis, alijs quidem laudabilibus, alijs uerò non. Quis autẽ numerauerit hanc differentiam? Quod enim aliæ poſt eas quatuor apertiſsimas, de quibus dictum eſt apud Græcos,

Intelligit Pythagoricos, Platonicos, Stoicos, & Epicureos, ut uocat in Diuiſionibus hæreſum.

& præterea poſt hæreſes illas, quæque deinceps fuerunt iuxta cuiuſque ſententiam in opinione iuuenilitatis, ut ſic dicam, ſecundum ſeſe prodierunt in lucem animæ, ac ſententiæ? Quemadmodum nonnulli Pyrrhonij uocantur, & alij plures, quorum nomina & opiniones ordine ſubijciam, cum ſint multi, qui peruenerunt ad noſtram noticiam, quorumque minima pars amplius eſt in mundo. Et ſunt hæ quidem ex Græcis, aliæ aliunde. quarum primam Thaletis Mileſii ponã ſtatim ſententiam, & opinionẽ. Ipſe nanque Thales Mileſius, qui ſeptem ſapientum eſt unus, principium generationis omnium aquam demonſtrauit. Ex aqua enim dicit eſſe omnia, & in aquam iterũ

ab re. Anaximander Praxiadæ filius, & ipſe Mileſius, infinitum dixit omniũ eſſe principium. Ex hoc enim fieri omnia, & in ipſum reſolui omnia. Anaximenes Euryſtatę filius, et ipſe Mileſius, aerẽ uniuerſitatis principiũ dicit, & ex hoc eſſe omnia. Anaxagoras Hegeſibuli filius, Clazomenius, omniũ principia dicit eſſe partes ſimilares. Archelaus Apollodori filius, iuxta nõnullos Miltonis, Athenienſis, erat Phyſicus, omnia dicit ex terra eſſe generata. Hæc enim eſt princeps omniũ, ut inquit Socrates, Elbagli filius, aut Sophroniſci, & Phænaretes Maiæ, moralis, et ſua quędã loquebatur: Hominem curioſe laborare, præterea nihil. Phærecydes quoque terram dicit generatã eſſe ante omnia. Pythagoras Samius, Mneſarchi filius, Deum dicebat unitatem eſſe, atque ſine hac nihil generatum eſſe. Dicebat aũt non oportere ſacrificare Dijs animantia, nec ueſcendum animatorum aliquo, nec fabis, & non bibendum uinum ſapientibus. Dicebat etiam, quæ infra Lunã ſunt, patilia eſſe omnia: quæ uerò ſupra Lunã, eſſe impatilia. Porrò dicebat, animã tranſire in multas

Vt ſunt os, caro, neruus, & ſimiles.

tas

tas animantes, ac iuſsit ſuos diſcipulos tacere ad quinquennij tempus, tandḗq; Deum ſeipſum nominauit. Xenophanes, Orthumeni filius, Colophonius, ex terra & aqua dixit omnia fieri. Omnia uerò, ut etiam hoc docuit, nihil eſſe uerum. adeò uerum eſſe nobis occultum: opinionem tãtum eſſe in omnibus, maximè non apparẽtibus. Parmenides Pyretis filius, Eleates genere ipſe quoque, infinitum eſſe omnium principium dicebat. Zeno Eleates, cõtentioſus, qualis Zeno alter, & terrã eſſe immobilẽ dicit, nullumq́; locũ eſſe uacuum. ac ita ratiocinat̃: Quod mouetur, aut in quo eſt, in eo loco mouetur: aut, in quo non eſt. Et neq; in quo eſt loco, mouet̃: neq;, in quo nõ eſt: nõ igit̃ mouetur aliquid. Meliſſus Ithagenis filius, genere Samius, unum dicit eſſe omnia, nec eſſe quicquam natura firmum, ſed omnia corruptibilia ſuis uiribus. Leucippus Mileſius, aut ſecundum quoſdam Eleates, etiam hic & rixoſus, & in infinito uniuerſum eſſe dixit. Iuxta uiſionem autem, & opinionẽ cuncta fieri, & nihil reuera, ſed apparere omnia, ut in aqua remum †. Democritus

† *ſcilicet alium q̃ eſt.*

filius Damaſippi, Abderites, mundum aſſeruit infinitum, & ſuper uacuo moueri. Voluit unum etiam finem eſſe omnium: & animi tranquillitatem optimum: dolores autem eſſe malorum terminos: &, quod iuſtum uideatur, non eſſe iuſtum: iniuſtum uerò, naturæ cõtrarium. Leges enim eſſe malam excogitationẽ dicebat, ac ſapientem non debere obtẽperare legibus, ſed liberè uiuere. Metrodorus Chius dixit, neminem quicquam ſcire, ſed ea quæ ſcire uideamur, non ſcire nos exactè. nec ſenſibus habendam eſſe fidem, quòd omnia ſint opinatione. Protagoras Menandri, Abderites, dicit non eſſe deos, nec omnino Deum eſſe. Diogenes Smyrnæus, aut Cyrenæus, ut alij uolunt, eadem quæ Protagoras, probauit. Pyrrho, ex Elide oriundus, cõgeſſit aliorum ſapientũ decreta omnia, ſcripſitq́; pugnantia cum illis per collationem, ac euertit eorum opiniones, & nulla doctrina fuit contentus. Empedocles Metonis filius, Agrigẽtinus, ignem, terram, aquam, et aërem, quatuor primò nata elementa introduxit. ac uoluit inimicitiam eſſe primũ elementorũ, Nã prius,

inquit,

inquit, factam ſeparationem: iam uerò in unum copulata, inita quadã inuicem uelut amicitia. Duo ſunt igitur ſecũdum ipſum principia, & potentiæ, inimicitia & amicitia: quarum hæc uniẽdi uim habet, illa ſegregandi. Heracletus, Bleſonis filius, Epheſius, ex igne dicebat eſſe omnia, & in ignem iterum diſſolui. Prodicus deinde fuit quiſpiã, qui Deos appellat quatuor elementa: poſtea Solem, & Lunam. ex his enim eſſe, quicquid uim habet uiuendi, uolebat. Plato Athenienſis Deum dicebat eſſe, & materiam, & formam. Sed mundum eſſe generabilem, & corruptibilem: animam ingenerabilem, & immortalem, & diuinam: ac partes eius tres, uim ratiocinandi, excandeſcendi, & cupiendi. Addebat his, coniugia, & mulieres oportere omnibus cõmunes fieri, adeoq́ nemini priuatim unam coniugẽ habendã, ſed uolentib. cũ uolentib. coëundũ eſſe. Ariſtippus Cyrenẽſis, ille uentri addictus, & amans uoluptatis, animæ finem dixit uoluptatem: et quiſquis delectatur, huic eſt fœlix iſte. Qui autem nihil omnino uoluptatis capit, ter miſer, & infelix. Theodorus, qui

eſt impius cognominatus,nugas dicit eſ ſe uerba de Deo. Putabat enim Deum nõ eſſe,ac ideo exhortabatur omnes, ut furarentur,peierarẽt,raperent,& nõ mori pro patria. Nam dicebat unam eſſe patriam orbem terrarum,ac ſolum feliciter habentem bonum, & fugiendum infeliciter habentem,quanq̃ ſapiens eſſet: expetendum uerò imprudentẽ, ſi eſſet diues,& obſtinatus. Hegeſias Cyrenenſis dicit, neque amicitias,neq̃ beneficia eſſe. Verùm egens aliquis bene meretur, aut affectus maiore beneficio benefacit. Viro etiam nihili uiuere,prodeſſe: mori autem,ſapienti:ut quidam hinc eũ Suaſi mortẽ uocauerint. Antiſthenes ex Thrace matre natus,Athenienſis, primò Socraticus, deinde Cynicus, dixit, non oportere æmulari mala, uel inuicem turpia. Muros autem ciuitatũ eſſe infirmos contra internum proditorem,inconcuſſibiles uerò & infractiles muros animæ. Diogenes Cynicus, Ponti ciuitate Sinope oriundus,per omnia faciebat cũ Antiſthene: dicit bonum eſſe tolerabile ſapienti, alia uerò cuncta nullius momenti eſſe,aut nugas tãtũ, Crates natus è Bœoticis

Id eſt, dant ob ſuũ commodum aliquod.

ticis Thebis,& ipſe Cynicus, dicebat, nihil poſsidere libertatis eſſe. Arceſilaus affirmabat, uerum ad Deum acceſſum habere tantum, non etiam ad hominẽ. Carneades eadem eſt opinatus, quæ Arceſilaus. Ariſtoteles Nicomachi, ſecundum nõnullos Macedo, Stagiris natus: ut uerò alij uolunt, genere Thrax erat: dicebat aũt eſſe duo principia, Deũ,& materiã:& quæ ſupra lunam ſunt, eſſe diuinę prudentiæ: quæ infra lunã, carere illa,& ferri ſine ratione, tantum caſu. Duos uerò eſſe mundos, inquit, ſuperiorem & inferiorem:& illum incorruptibilẽ, hũc eſſe corruptibilem. Animam pręterea dicit perfectionẽ eſſe corporis. Theophraſtus Epheſius eadẽ cum Ariſtotele ſenſit. Stratonio Lampſącenus, calidam eſſentiam dicebat omnium eſſe cauſam: infinitas uerò mundi partes, ac omne animal eſſe nullius opinionis.

Id eſt, hominem in omnib. rebus falli.

Textus noſter habet hic ἐνδελέχειαν, id eſt continuitatem. Sed puto legendum ἐντελέχειαν.

Hic philoſophus à Diogene, Suida, & ſimilib. nõ Stratonio, Στρατωνίων, ſed Strato, Στράτων uocatur.

Praxiphanes Rhodius, eadẽ cũ Theophraſto ſenſit. Critolaus Phaſelites, eadẽ quę Ariſtoteles docuit. Zeno Cetienſis, Stoicus, dicit nõ oportere dijs cõſtruere

templa,

templa, ſed habendũ eſſe numen in mente, imò Deum eſſe mentem putandum, ꝙ ſit immortalis. Deinde mortuos ad beſtias, aut in ignem proijciendos, ac utendũ eſſe puerorum liberè amoribus. Dicebat etiam numẽ adminiſtrare omnia. Rerum uerò cauſas alicubi eſſe in nobis, alicubi non eſſe in nobis: hoc eſt, rerum alias in noſtra eſſe poteſtate, alias non eſſe in noſtra poteſtate. Inſuper dicebat, animam poſt corporis ſeparationem durare, & eſſe diuturnum ſpiritum. Nõ autem in uniuerſum eſſe immortalem, ſed exhauriri tanquam longo tempore, ac euaneſcere. Cleãthes bonum dicit eſſe, & honeſtum, uoluptates, & hominem ſolam eſſe animam, ac Deos arcanas figuras, & ſacras appellationes, faciferũ Solem, ſacris initiatos Mundũ, plenos rerũ diuinarũ ſacrificia dicebat. Perſeus eadẽ, quæ docuit Zeno, docuit. Chryſippus Solẽſis cõſcripſit leges illicitas. Nã dice-
Sus. bat, coeundum eſſe filijs cum ſuis matribus, & patribus cum filiabus. In cæteris conſonabat cum Zenone Citienſi. Præterea dicebat, ueſcendum hominibus, adeoq; omnium finem eſſe delicias. Dio-
genes

genes Babylonius omnia dicebat ex uoluptate conſtare. Panætius Rhodius dicebat mundum eſſe immortalem, & immutabilem, diuinationem cõtemnebat, &, quæ de Dijs dicuntur, euertebat. Nã pro nugis habebat hæc omnia. Poſsidonius Apamenſis dicebat, maximum inter homines bonum eſſe diuitias, & bonam ualetudinem. Athenodorus Tharſenſis eadem ſenſit, quæ Chryſippus, & eadem cum Zenone docuit. Epicurus Neoclis filius, Athenis educatus, uoluptariam uitam ſuſcepit, ac præter ea quæ paulò prius de eo diximus, non erubuit rem habere cum apertè proteruis mulieribus. Dixit etiam non eſſe Deos, uerùm Fortunam tantum adminiſtrare omnia, nihilq; in mundo eſſe uoluntarium, neq; diſciplinam, neq; huius omiſsionem, aut quicquam aliud: ſed omnia fieri omnibus contra uoluntatem, & non decere aliquem reprehẽdere, nec laudare, quòd non uolentes hæc ſuſtineant. Mortem etiam uoluit non eſſe metuendam. Affirmabat, ut iam dixi, prętera quicquid eſt, ex indiuiduis habere conſtitutionem, & mundum in infinito eſſe.

eſſe. Atque hi quidem ex Græcis uenerunt ad noſtram noticiam. Alij uerò, quotquot fuerunt per Græciam reliqui, perq; terram Barbaricam, & Romanã, ſeptuaginta ſunt. Duæ quidem Philoſophiæ non ſuaues in ſodalitate Indorum inferuntur, Gymnoſophiſtarũ, & Brachmanorum; ac tantum hi laudabiles. Falſorum etiam Brachmanorum, & eorum qui nomen habent à uorandis mortuis, & aliorum qui nominantur à turpibus factis: præterea ſtupidorum, ſeu nihil aut ſentientium, aut dolentium: de quorum ſingulis dicere ſpecialiter, & de ijs quæ fiunt apud eos execranda, ſuperfluum putauimus, & nec dignum propter multam corruptionem, quam inter homines & ad malitiam, & ad operationem afferunt. Porrò in Media ſex hæreſes quoque dicuntur eſſe, quæ inter ſe differunt. In Aethiopia uerò quot? & apud Perſas, aut in Parthia, aut Elamitide, aut in Caſpia, aut regione Germanorum, aut in Sarmatia, quot ue inter Daphnienſes?

νεκροφάγοι.

Noſter codex habet hic, ἐν τοῖς δαωνίσιν. Ego puto legendum eſſe δαφνίσιν, ut intelligat incolas Daphnes,

phnes, quæ ciuitas uicina eſt reliquis locis, & populis, quorum hic eſt mentio. Niſi quis malit Daphnunten oppidum, aut Daphnuſan inſulam intelligere, de quibus legitur apud Plinium, & alios.

Aut apud * Zicchos, & Amazonas, Lazos, & Iberes?

** Zingi, aut Zigæ, in Plinio, in Strabone, l. 11. Zygi, ut puto.*

De Aſiaticis Iberibus hoc intelligo, non de Hiſpanis. Huius Iberiæ meminit Plin. lib. 6. cap. 4.

Et Booſporenos, aut Gelos, aut Seros?

Accolas Boſpori ſignificat.

Plinius uocat Serros: & alij ſunt, quàm Seres.

Et apud alias gentes multa ſunt & legum diſcrimina, & profeſsionum Philoſophicarum, & hæreſum, & aliorum diuerſorum eſt immenſa multitudo. ut apud Seros uiri hærent domi deſidentes, & unguentis conſperguntur, & effœminantur, ut mulieribus idonei fiant: mulieres autẽ contrà crines capitis attondent, uirili cingulo cingũtur, & omnia ruſtica opera faciunt. Apud Gelos contrarium fit. Qui malè faciunt, à legibus eorũ laudantur. Apud Gręcos uerò, quot ſunt arcana & ſacra? ut mulieres, quę ſacra Megarenſia faciunt, & Cerealia, differũt inter ſeſe: quot alia ſunt arcana, Eleuſinia, Cereris, & Pherephattes?

Pollux 1. lib. ſcribit, ſacra Cereris uocari Δημήτρια,

θεσμο-

θεσμοφόρια, καὶ ἐλευσίνια. Hic ſignificatur eſſe differentia. Verùm hæc fuit uel ex loco, uel ex tempore, ut alia ſint alio loco aut tempore facta, huic Deæ. De Pherephatte dea nihil inueni: tametſi fortaſſe à loco fori, qui φερεφάττιον ab Heſychio dicitur, neſcio cuius, dicta eſt.

Quot adytorum fœda opera, mulierum denudationes, ut grauiuſculè dicã, tympana, & placentulæ, rhombus, & calathus, ramus oleæ factus, uaria potio (*Sicut aurũ factum dicimus.*) præparata poculo? Quot etiam in Pythio ſunt Archemori ſacra, & in Iſthmo altera, deinde Athamantis, & Melecerti, Inonis filij, & quotquot Priapum uiri circumferunt, mulieresq́ Phallariſſantes (*Id eſt, Priapiſſãtes, ut ſuſpicor.*) fœdarum actionum exercitia, quiq́ Rheam colunt, & qui maſculo caſtrato natiuam partium formam adimunt, ut neq́ poſsit uir eſſe, neq́ ſit factus fœmina? Bacchanales præterea, qui diſtributionem carnium docent, Curetes coronati ſerpentibus, debacchãtes hoc Eua, Eua, illamq́ adhuc Euam quæ decepta eſt à ſerpente inuocantes, aut per uocem aſperam ſerpentem ex Hebræo ſermone ad ſui deceptionem clamant? Eua enim tenui pronunciatione mulierem, a-

ſpera

ſpera uerò Heuia ſerpentē ſignificat Hebreis. Et quid dicam? Deficiet enim tempus mihi, ſi uolo narrare quæ numero comprehendi non poſſunt, in diſcriminibus hominum, excepta uirtute & uitio. Quot præterea per Aegyptiorum terras initiationibus dātes operam, ſeipſos ferreis furcis incluſerunt, extremaq; ſeta, & ueſte ſordida & contempta, uelut annulis nares ſuas transfixerunt ſingulis diebus Aſti, quæ ſic uocatur? Eſt autem oppidulum hoc pagorum caput ſecūdum legem, quæ nomen habet à perſonā, ſecundum execranda communis conuentus deceptorum ſacra, & eorum qui congregantur, & Orgia celebrant, ac inde ſacra furioſa faciunt. Hi uerò pernicioſe libidinoſi. Quod apud alios, ut qui apud Buticum lacum, aut ipſum Butum ciuitatulā colunt Harpocratem? Senes hi nūc ſunt, qui calendarum tēpore furioſas inſanias animi celebrare cogūtur à dæmone. Vnuſquiſq; autem ciuium, etiā pluſquam extremè iam ſenex, unà cum adoleſcentibus morum ſimilitudine coniunctis, & ſcortis præter ætatis rationem ſacerdotes Harpocratis eo tempore, capi-

Fortaſſe, q; laruati, aut ſimiles tali bus conuenerunt.

Retinui Epanalepſin Epiphanij.

tibus raſis ferunt impudenter, ſeruile ſimul, & execrabile, ac puerile ſimulachrum, adeóque ludis apud intelligentes, qui tamen ſeipſos à dæmone uelut elocarunt, inſani, & perturbati mente, ac ſine modo ridentes agitantur: offis & ſimilaginibus, atq; alijs ſordidis operibus uncti primò faciebus, impoſitis in lebetem feruentem, ac inde ſumma cū admiratione, quanquam fallaciter cœtibus tā quam œſtro percitis partiūtur manu abſterſum à facie unicuiq; illorum, qui petiuerunt, ad ſanitatem & remedium laborum. Iam ſi Memphiticas, & Heliopoliticas, quę Bacchi ferias agitāt, atq; tympano & tibia ſe demulcent, recenſeam, deinde Corrhitidas, & Trietetidas, & egreſſas ex terra quę ad Batheā eſt, et Menuthitidem, pudore ac ordine muliebri, quot molibus linguarum, ut ſic dicā, & quātæ latitudini cōpoſitionis meipſum traditū in prædictum numerū, tam inexplicabilē, iterū potero liberare? Tametſi enim & ſuperantē uices humanas laborem in me reciperem, tamē imperfectā relinquerem horum comprehenſionē: ſiquidem eſt dictū, Adoleſcētulę, quarum

non

non eſt numerus. Talia ſunt, quæ Sai ſiunt, quę Peluſij, Bubaſti, Abydi, & Antinoi nemora, quæq; iſthic fiunt arcana, quæ Pharbethi, quæ ad hircum Mendeſij, quotquot Buſiri, & quotquot Sebennyti, & Dioſpoli, ſicut alicubi aſino ſacrificia Typhonis Gigantis in honorem Seth peragunt: alibi autem Tithrambo (Hecaten hoc nomen ſignificat) alij Senephthy, alij Thermuthi ſacrificant, alij uerò Iſidi. Et quàm iſtiuſmodi multa recitari poſſent, de quibus dicere ſpecialiter eſſet res lōgi temporis. Quocirca undique oratio contrahetur, cum ſit plena propter hoc, Adoleſcentulę, quarum non eſt numerus. Multa ſunt inſuper alia myſteria, tum hæreſiarchæ, & geſticulatores, quorum duces apud Perſas Maguſęi, apud Aegyptios prophetæ uocātur, adytorum & ſacrorum duces: Magi etiā, & Babylonij, qui dicunt̄ Gazareni, & ſapientes, & incantatores. & Indi, qui nominantur Euilei, pondúsque in terris Græcorum, ſacrorū oſtētatores & custodes, multitudo Cynicorum, ac innumerabiliū Philoſophorū duces. Sūt itaq;, ut dixi, apud Perſas, qui Maguſæi uocantur,

Strabo libro 17.

Sunt dearū nomina

Fortè à uolubilitate, ut nūc ſunt apud Turcas.

qui cum faſtidiant imagines, imaginib. cultum exhibent, Igni, Lunæ, ac Soli. Sunt alij quoq; in Grecia, qui * Myſi nominantur, † Abij, qui utuntur equino lacte, atq; in uniuerſum agreſtem locum incolunt. Et quæcunq; poterit humana mens colligere illorum, qui tot, & magni appellantur: ac in ijs quæ laudantur, quotquot ſunt adoleſcentularum, quarum non eſt numerus, differentiæ. Sunt alij quidem ad laudem, alij non laudantur, alij colligunt ſibi ex propria mẽte ad ſuum uitæ genus exercitationem & ritus. In pagis etiam obambulant palàm, ac alij ſanctorum fratrum in ſacco & cinere domi deſident. Atq; adhuc alij, plenæ perſuaſionis & fiduciæ, in inſtitutis, & ieiunijs excellentibus, ac labore in Deum, in adoleſcentia, perfecta erga ſponſum conſcientia uiuunt. Nonnulli uerò, ut prius dixi, nõ rectę, ſed quodam propoſito animi tyrannice adoleſcentes in agendo imitantur, ſicuti Zachæus nuper mortuus in montana parte circa Hieroſolyma, cum nullo prorſus orauit. Imò per idem propoſitum audacter ſancta myſteria cõtrectare, ac ſacerdotium gere-

** id eſt, ſcelerati.*

† id eſt, uitæ contemptores, ut Monachi adhuc apud Græcos.

Zachæus monachus aic. tractat ſacra.

gerere, cũ laicus eſſet, liberè conatus eſt. *Alius.* Fuit etiã alius quidam. Ille cum eſſet ex ijs unus, qui ſunt in exiſtimatione propter uitæ ſeueritatem, & iuxta Aegyptum è regione deſertorum in monaſterio uerſaretur: ac item alius apud Sinæũ, *Alius.* ut à ſomnijs iuuenilem temeritatẽ ſunt imitati: & ſuſcepta Epiſcopatus impoſitione manuum, ipſi quoq; ſedere, ac ea quæ ſunt Epiſcoporum, facere ſunt aggreſsi. Alij uero, nec pauci, ut iuueniliter ineptirent, caſtrare ſeipſos præter præceptum ſunt auſi. Alij præterea, qui ſic adoleſcentes uidentur imitari, audẽt ſine ordinarijs, ab orthodoxis erumpentes, cõuentum ſibi cogere. Quin & ſine arbitrio Synodi uniuerſalis tingere uenientes ad ipſos, uelut ab Arianis, negocio nondum Synodi ſententia, ut dixi, deciſo, propterea quòd adhuc populi ſunt inter ſe commixti: ac multi ſunt quidem orthodoxi, uerùm propter hypocriſin ad ſacerdotio fungentes aggregati, quouſq; ſeparatio fuerit huius blaſphemæ ſectæ facta. Et tunc definientur, quæ ſunt contra ipſam. Ex his ita retingẽtibus, iuſſu proprio delatum eſt ad nos de q̃dam,

 qui

qui presbyter eſt regionis Lyciorum. Sunt & alibi unuſquiſque ſolus orantes, cũ nemine alio prorſus. Alij faciunt hoc furcis incluſi, præter Eccleſiæ morẽ. Ac ideo ſub finem cuiuſque partis huius orationis dixi, adoleſcentulas, quæ non habent numerum, quæque iuxta propriã inductionem animi adoleſcentulas agẽdo ſibi referant. Ac id non boni cauſa, & ut abſoluant ſapientiæ mores, prudentiæ, fortitudinis, modeſtiæ atque iuſtitiæ. Hinc aliæ facientes iuueniliter, maiore cum tyrannide à ueritate ſeipſas etiam excutiunt, ita ut non ſit harum numerus. Hæc autem una columba, & ſancta uirgo, Deum confitetur, Patrem, & filium, & ſanctum ſpiritum: Patrem perfectum, & filium perfectum, & ſpiritum ſanctum perfectum. Conſubſtantialem ternitatem, non coniuncta ternitate, ſed filium uerè generatum ex patre, ac ſanctum Spiritum non alienum patræ, & filio: Ternitatem autem, quæ ſemper eſt, & nunquam indiget additione, quę non habet aliquid in ſe abiectum, et in unam unitatem, & unum Dei & patris principiũ refertur, Et ab hac Trinitate,

Altera pars huius orat͠iois præcipua, quæ ſit uera Chriſti Eccleſia.

Fides Catholica.

Vnũ principium.

te, patris, & filij, & ſancti ſpiritus, omnia ſunt condita, quæ aliquando non erant; neq; ſimul erãt cum Deo, neq; prius hoc fuerunt: facta ſunt autem ex ijs quę non erant, ad hoc ut eſſent ex patre, & filio, et ſancto ſpiritu: & hunc patrem, & filiũ, & ſanctum ſpiritum, qui dignum habuit ſuis ſanctis à principio mundi apparere in uiſis, quemadmodũ unuſquiſq; poterat capere ſecundũ ipſius donũ per deitatem, quod unicuiq; illorũ, q̃s eo dignos iudicauerat, donabat. Alibi ſanè patrem uidere, prout quiſq; poterat. † Alibi audire uocem eius, quantum capiebat, ſicut in Eſaia dicebat: Ecce intelliget puer meus amabilis. Hæc uox eſt patris. Ac ut Daniel uidit antiquum, dierum. Hęc uiſio, patris eſt. ut in alio Propheta: Ego uiſiones multiplicaui, & in manib. prophetarũ ſum aſsimilatus. Hæc filij uox. ut autẽ in Ezechiele: Et accepit me ſpiritus Dei, et eiecit in campũ. Hoc de ſpiritu ſancto. Et iſtiuſmodi multa eſt dicere, de quibus paucorũ breuiter facta mẽtione obiter ad indicandũ Eccleſię notã, † duo ꝓpoſuimus uerba, cũ ſexcenta ſint, ac in ſcripturis pręterea diuinis ueteris

† Hic noſter codex non habet πα̃ ȷ̃ : ſed huc ea pertinere non dubito.

Eſa. 52.

Dan. 7.

Oſeæ. 12.

id eſt pauca.

& noui Teſtamenti ſimilia his occurrãt. Eadem Eccleſia confitetur etiam, quòd ipſe Dominus formauerit corpus Adamo, & inſpirauerit ei ſpiritum uitæ, cum ei condidit animam uiuentem: quodq́ ipſe Deus legem dederit Moyſi, pater, & filius, & ſanctus ſpiritus, una Deitas. Et quòd Prophetæ ab eadem ſint miſsi deitate, ac ſit Deus ipſe nobis, qui Deus eſt Iudæorum, & Chriſtianorum; & Iudæos uocauit ad iuſtificationem, qui nõ eandem præſentiam Ieſu noſtri domini, ſeruantis omnes, qui ſecundum ueram fidem ipſius uiuunt, nec etiam ueritatem præconij, uerę doctrinæ Euangelicæ negant. Venit enim, uenit unigenitus, & ſic habet mater noſtra Eccleſia, portus ille trãquillus pacis, lætitia, quæ ſpirat pulchritudinẽ uitis, & fert uuam nobis largitatis. Et, quod recreat à laboribus, illud poculum quotidie, Sãguinem Chriſti gratificando, purum, uerum: quòd uerè natus eſt Chriſtus ex Maria ſemper uirgine, accepto uero corpore, non ſecundum opinationem, carne uerè, corpore uerè, cum oſsibus & neruis, & omnibus noſtris, nihil à nobis immutatus,

Sanguis Chiſtri.

Græca eſt compoſitio ἀειπαρθένου, ſicut aliæ plurimæ.

tus, niſi quòd illuſtris eſt ſanctitate ac deitate ſua, uaſeq́ ſanctificationis & iuſtitiæ: habetq́ omnia perfectè ſine peccato, animam humanam uerè, mentem humanam uerè: non quaſi nos mentem ſubſtantiam eſſe affirmemus, quemadmodum alij dicunt.

Poſt Arium uarij fuerunt hæretici, perſonæ Chriſti oppugnatores: inter quos & hi fuerunt, qui uoluerũt Chriſtum non habuiſſe mẽtem, ſeu animũ. Ad hos Epiphanius hic reſpicit, et copioſe de ipſis tractat in 77. hæreſi, quam διμοιρίτας *uocat, hoc eſt, qui partiti ſunt Chriſtum, ac non omnia quæ debentur, ei tribuerunt. Sic aũt iſthic, numero 434. Germanici libri Græci, habet inter alia de his rebus,* Ἐγώ γε τὸν νοῦν τὸν ἡμέτερον, οὐχ ὑπόστασιν ἡγοῦμαι, οὐδέ τις τῶν υἱῶν τῆς ἐκκλησίας, ἀλλ᾽ ἐνεργίαν τινα ἐκ θεοῦ ἐν ἡμῖν δεδομένην, καὶ οὖσαν. τὸν δὲ χριστὸν ὑπόστασιν λέγω, ὡς καὶ πάντες πιστοὶ ὁμολογοῦσι, καὶ θεὸν ὁμολογῶ, *&c. hoc eſt: Ego uerò mentem noſtram non puto ſubſtantiam, neq; aliquis filiorũ Eccleſiæ, ſed actum, ſeu uim quandam, quæ nobis ex Deo data eſt, & eſt: Chriſtũ autem ſubſtantiam dico, ſicut etiam confitentur omnes fideles, & Deum eſſe confiteor, &c. Paulo pòſt ratiocinatur ex minore: Si Paulus, cũ inquit, nos autem Chriſti mentem habemus, & naturalem ac propriam, & Chriſti mentem habuit loco muneris: multo magis filius Dei Chriſtus habuit mentem ſimul na-*

turæ humanæ cum reliquis huius partibus, & natura diuina, αὐτοτέλειος ὢν, αὐτοθεὸς ὢν, αὐτοδύναμις, αὐτοπονῦς, αὐτοφῶς, καὶ τοῦ νοῦ καὶ παντὸς τοῦ σώματος πληρώτης, ut inquit ſignificantiſſimè, ac immutabiliter in latina lingua.

Omnia uerò in peccato nõ maculata, os non mentitum, labia dolum non locuta, cor non inclinatum ad irriſionem, animum non extruſum in ea quæ non conueniũt, carnẽ carnis uoluptatem nõ operatã. Perfectus è ſupernis Deus, qui non uenit ut habitaret in homine, ſed ipſum uerbum, quod in hominis naturam ſe inſeruit.

Λόγος ἐνανθρωπήσας, id eſt, Sermo qui inhumanauit, ut ſic dicam: hoc eſt, qui ſe naturæ hominis copulauit in perſonæ unitatem, ſeu uniuit. hoc tamen uerbum Theologicè, hoc eſt impropriè, ſicut S S. patres eò neceſſitate quadam coacti ſunt uſi, ad rem ut intellectu imperceptibilem, ita uerbis, & hoc longè magis, inenarrabilem accipiendo. Nam et Græci reliqui ſcriptores uerbo ἑνοῦν, & nomine ἕνωσις, & Latini ſuis qualibuſcunq;, unire, & unio, miſcendi actionem & miſtionem intelligunt.

ἐνανθρώπησιν, inhumanatio

Non uerſus natura, cõplexus unà cum deitate propriam in hominis naturã inſertionem, uerè factus in utero uirginis, editus in lucẽ p̃ meatus genitales, nõ pudendè

dendè, immaculatè, impollutè, nutritus, *nem, ſeu hò*
& in ulnis geſtatus à Simeone & Anna, *mificatio-*
portatus à Maria, deinde ambulauit, iti- *nem ſonat.*
nera fecit, puer eſt factus, prouectus eſt
ætate, in ſe habens omnia perfectè, nu-
mero annorum & mẽſium comprehen-
ſus, in utero geſtatus, natus ex muliere,
ſubiectus legi, profectus ad Iordanem,
tinctus à Iohanne, cum nihil opus habe-
ret balneis. Propter id aũt, quod eſt con-
ſequens in lege hominis effectioni,

Hic etiam eſt uox ἐνανθρώπησις, & propriè ſignificat hominis effectionem: ut ſic ἐνανθρωπεῖσθαι etiam nihil ſit aliud, quàm fieri hominem.

Non conturbans quod eſt iuſtum, ut
impleretur, ut ipſe ait, omnis iuſtitia: ut
oſtenderet, ſe ueram carnem induiſſe, *Lucæ 24.*
ueram hominis effectionẽ. Deſcendens
in aquas: dans, tanquam acciperet: accẽ-
dẽs, tanꝗ̃ indigeret: illuminãs ipſa, uim
eis inferens ad imaginẽ eorũ quę in ipſa
erant perficiẽda: ut qui crediſſet ei ue-
rè, ac habentes fidem ueritatis, intellige-
rent eum reuera factum hominem, reue
ra tinctum eſſe, ut ſic per eius approba-
tionẽ & ipſi ambulãtes acciperent uim,
quam peperit eius deſcenſio, lumineq́
perfun-

Scilicet in Iordanē ad baptiſmū.

perſunderentur ab eius illuſtratione, ac impleretur quod dictum eſt in Propheta, in mutationem potentiæ, & præſtationem ſalutis potentiæ panis, quæ auſertur Hieroſolymis, & roboris aquę.

Non citat locum, ut eſt in princ. 3. cap. Eſaiæ, ſed conciſum, & accommodatum ſimul ad inſtitutum, & expoſitum admodum ſuauiter allegoricè, pane & aqua deflexis ad noui Teſtamenti ſacramenta, imò ad totam iuſtificationis & ſalutis rationem, iuxta hoc Matth. 21. Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. ac ideo ſequitur,

Hic uerò fortificarentur uis panis, & aquę robur, non ut panis fieret nobis potentia, ſed ut potentia, ſeu uis panis contingeret, ac eſus quidē panis, uis autem in eo ad uiuificationem: & non ut aqua tantum nos purgaret, ſed ut in fortitudine aquæ per fidem & efficaciā, et ſpem, & arcanorum perfectionē, & appellationem ſanctificationis fieret nobis in perfectionem ſalutis. A' Iordane quoq; iterum aſcendens, audita uoce patris à præſentibus diſcipulis, ut oſtenderetur, quis eſſet, cui teſtimonium daretur, & ſpiritu ſancto in ſpecie columbæ deſcendente, quemadmodum in multis hæreſibus diximus,

ximus, ut non copulatio putaretur eſſe Ternitas, figuram induente ſpiritu ſancto in propria perſona, ſeu hypoſtaſi: ueniente autem ad eum, & inſidente ut uideretur, cui daretur teſtimoniũ, ut ſancta caro, quæ eſt amica, & approbatur à patre, & ſpiritu, haberet teſtimonium, ut pater adprobator carnalis præſentiæ filij renunciaretur, ut filius uerus uideretur, & impleretur quod eſt dictum: Et poſt hæc in terra uiſus, & inter homines conuerſatus eſt. Præterea manifeſtè ac uerè à Diabolo tentatus in ſolitudine, eſurijt, ſecundum conſecutionem & ueritatem carnalis præſentiæ: diſcipulos elegit, ac ueritatis præconem egit, ſanauit morbos, dormiuit, eſurijt, itinera fecit, diuina ſigna fecit, mortuos excitauit, cæcis ut uiderent præſtitit, claudos, reſolutos corroborauit, & Euangelium annũciauit, ueritatem, regnum cœlorum, eius erga homines amorem, & patris, & ſancti ſpiritus. Cruciatus etiam pro nobis ſuſtinuit uerè in carne, ac in perfecta hominis conſtitutione: paſſus eſt reuera in cruce, ita ut eſſet cum eo deitas, non tamen ad patiendum conuerſa, ſed impati

Baruch. 3.

Et hic eſt ἐνανθρώπησις.

lis, &

lis, & immutabilis: cum duæ conſecutiones manifeſtè animaduertantur, Chriſtus patiens pro nobis carne, ac impaſsibilis manens deitate, non ut ſeorſim eſſet homo, et ſeorſim deitas: ſed ut unà eſſet deitas, non autem pateretur propter ſynceritatem, & incomparabilitatẽ ſubſtantiæ. Qui paſſus eſt in carne, & necatus eſt in carne, uiuit autem deitate, & excitat mortuos, corpore ſepulto uerè, ac manente inanimi triduum, ſine ſpiratione atq; motu, inuoluto ſindone, depoſito in monimentum, concluſo per lapidem, & ſigillis impoſitis: non concluſa diuinitate, non ſepulta: ſed hæc deſcendit cum anima ſancta in ſubterranea, cœpitque ibi captiuitatem animarũ, et mortis fregit ſtimulum, & ruptis repagulis ac uectibus adamantinis, propria poteſtate ſoluit dolores Orci: regreſſa eſt cũ anima, nõ relicta in Orco; nec uidit caro corruptionem, ſed eam deitas reſuſcitauit: ſiue Dominus ipſe reſurrexit Deus, uerbũ, & filius Dei, cum anima & corpore, ac omni uaſe, * copulato poſthac in ſpiritum, cum ſpirituale ſit corpus, quod aliquando ſubiectum fuit tactui, flagelliſq;

unito.

liſq; traditum, libera deitatis uoluntate. ac poſtquàm eſſet à Satana tentatus, & pertuliſſet famem, ſomnum, laborem, triſticiam, & angorem, ipſum corpus ſanctum copulatū eſt in poſterū deitati, ac deitas hæc paſſo corpori. Nā reſurrexit, & ipſum ſibi copulauit in unitatem ſpiritus, in unā unitatem, in unā celebrationē, in unam ſui deitatem. Apparuit enim uerè & contrectatus eſt à Thoma, & comedit, & bibit cum Apoſtolis, et cōuerſatus eſt cū eis quadraginta dies & quadraginta noctes. Imò clauſis quoque ad eos ianuis intrauit, ac poſt hoc oſtendit eis neruos & oſſa, clauorum ictum, & locum lāceæ, quòd ipſum eſſet uerum corpus, coaptatum in unam unitatem, & unam deitatem: quodq; nō amplius mortem expectat, non amplius moritur, ſicut inquit ſanctus Apoſtolus: Reſurrexit Chriſtus, nō amplius morit̄, mors ei non amplius dominat̄. patile ſemper impatile manet, diuinū cū corpore, anima, & omni effecti hominis opificio. Qui ipſe Deus eſt. Regreſſus aūt in cœlum cōſedit in dextera patris, in gloria, nō depoſito corpore, ſed copulato in ſpirituale, in

glorificationem.

Rom. 6.

in perfectione unius Deitatis, ut & noſtra corpora, quæ nunc ſeminantur animaliter, excitabuntur ſpiritualiter: quæ nunc ſeminantur in corruptione, ſuſcita
1. Cor. 15. buntur in incorruptione: quæ nũc ſeminantur in morte, ſuſcitabũtur in immortalitate. Si ergo noſtra ſic habent, quanto magis illud ſanctum & inenarrabile, incomparabile, ſyncerum, & Deo coniunctum, & unum eſt in poſterum unius formæ, ſicut in hoc etiam teſtatur A-
2. Cor. 5. poſtolus, cum dicit: Etſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum, nõ amplius cognoſcimus, non, quòd diuiſerit carnẽ à Deitate, ſed quòd ipſa quidem adhuc ſit, ac Deo ſit coniuncta, nõ amplius autem ſecundum carnem, ſed ſecundũ ſpi-
Rom. 1. ritum, ut inquit: Secundum ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorũ Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ ſimul Deum habet impaſſibilem, & paſſum, & ſepultum, quiq; iterum ſurrexit, ac rediÿt in gloria, uadens ad iudicandum uiuos & mortuos, ut dixi, reuera, cuius regni non erit finis. Etenim ſancta ipſa Eccleſia, mater noſtra credit, ut etiam ei uerè præconio traditum eſt præceptum, ꝙ
ſimus

ſimus dormituri, & reſurrecturi cũ hoc corpore, cum hac anima, cum toto noſtro uaſe, ut unuſquiſque accipiat ſecundum ea quæ fecit. Quòd enim ſit reſurrectio mortuorum, & iudicium æternũ, & regnum cœlorum, & requies pijs, & hæreditas fidelium, & chorus cum angelis eorum qui ſeruauerunt fidem, & ſanctitatem, & ſpem, & Domini præcepta, uerum eſt, & renunciatum, & firmatum, & creditum, hos reſurrecturos in uitam æternam, iuxta id quod ſcriptum eſt in Euangelijs. Nam quæcunq; dicit Apoſtolus, & ſanctæ ſcripturæ omnes, uera ſunt. Quanquam autem apud eos qui non crediderunt, & eos qui malè intellexerunt, aliter accipiuntur: nobis tamẽ hæc eſt fides, hic eſt honor, hæc eſt Eccleſia mater noſtra, quæ fide ſeruatur, ſpe cõfortatur, dilectione Chriſti perficitur: adeoq; in confeſsione, atq; in myſterijs, & in balnei purgatoria potentia: quòd ſcriptum ſit, Profecti baptizate in nomẽ patris, & filij, & ſancti ſpiritus. In nomẽ uerò diuinę Ternitatis, nullam nominatione differentiã habente. Sed unus nobis Deus in lege ac prophetis, & Euangelijs,

Fides, ſpes, charitas, confeßio, ſacramẽta.

gelijs, & Apoſtolis, ueteri ac nouo Te-
ſtamento renūciatus eſt, & annunciatus
pater, & filius, & ſanctus ſpiritus, ita ut
nulla ſit coniunctio Deitas, ſed uerè Ter
nitas perfecta, perfectus pater, ꝑfectus
filius, perfectus ſpiritus ſanctus, una dei
tas, unus Deus, una gloria, honor & po
tentia in ſæcula ſæculorū: amen. Hęc eſt
fides noſtrę uitę uelut opus q̊ddā, ſeu ne
gociatio, firmamētum hoc ueritatis, hæc
eſt Chriſti uirgo, & columba innocens.
Hæc eſt uita, hæc ſpes, & ſtabilimētum
incorruptionis. Verùm quæſo uos
omnes, qui legetis hanc orationem, ut
meæ ueniam detis humilitati, & imbecil
litati mentis meæ † curtiſsimæ, ut ſic di-
cam, quæ tanquam torpedinem ex mul-
to hæreſum ueneno contraxit, ac dehi-
ſcit, expuentis & nauſeantis inſtar: un-
de quidem acerbè ſum in quædam inue-
ctus uerbis, appellādo aliquos aut erro-
nes, aut pręſtigiatores, aut deceptos, aut
deceptores. Ob tātam enim ueneni mo-
leſtiam, etſi non ſit noſtra conſuetudo
prōptè alios proſcindere, neceſſe habui
mus talibus eos uerbis notare, ut auerte-
remus quorundam animos, ne putarent
aliquando

Cōclusio ſecundæ partis.

Excuſatio de acerbitate ſermonis librorū de hæreſib.

† Sic Poeta curtam ſupellectilem dixit.

aliquando nos, cum propter obſcuritatē non ueniſſent in publicum, hæc detexiſſe, quæ apud eos dicuntur & fiunt, atq; ita partem habere animi approbātis peruerſas omnium hæreſum opiniones. Feci autem & exordium paucis in principio uoluminis, ubi de his mihi caueo, & ueniam peto, ne quis impingat petulantiam, nobis, tanq; hac ſuperatos putans, & qui rapiamur ad conuiciandum. Indicauimus autem in exordio quoque, de quibus dicturi ſimus hæreſibus, & in quot libros diuiſerimus totam lucubrationem. Et de quibus, & qualibus in unoquoque libro dixerimus, ut hic etiam iterum admonitus ſubindico ſimiliter, undiq; in utilitatem in his uerſantiū. Ac ſunt libri tres, partes uerò ſeptem. Et in primo libro hæreſes 46. inſertæ ſecundum numerum, & ſecundum ſeriem primæ & ſecūdę, uſq; ad eam partē quæ eſt in libro ultima, q; primus liber habeat hæreſes 46. in partibus tribus. Liber ſecundus hæreſes habet 23. in partibus duabus. Tertius liber continet hæreſes 11. in partibus duabus. Omnes igitur qui ſimul quaſi cū noſtro labore laboratis,

Intelligit hæreſes, de quibus tractauit.

Repetit hic obiter paucis diuiſionem operis de hæreſib.

& patienti animo in hoc opere uerſami ni legendo, incitaminor, & digni habiminor, ut lucriſaciatis utilitatem, quæq́ ſunt moleſta in hæreſibus, ab animo depellatis. Nō enim ut noceremus, detexi mus hæc, ſed ut prodeſſemus, & caueremus, ne incideretis in approbationē eorum quæ antè ſunt dicta. Percurſa uerò tota lucubratione, aut eius partibus, ora te pro nobis, & dignum habete, ut det nobis Deus partem in ſancta, et Catholica, & Apoſtolica Eccleſia, uera, uiuificatiua, & ſalutari, & liberet nos ab omni hæreſi. Ac, ſi quid, ut homines, qui non poſſunt ad finem incomprehenſibilis & inenarrabilis Deitatis pertingere, ſed in anguſtijs uerſantes pro Deo dicere humano more, ut defenderemus, neceſsitate quadam inducti ſumus: Deo ueniam dante, uos etiam date. Atq́ iterum precibus cōtendite, ut Dominus, quam petiuimus, partem nobis det in ſancta ſua fide, ac ſola, quæ ſeparata eſt ab omni cō trarietate: adeoq́ faciat propriorū peccatorum, quę multa ſunt, condonationem in Chriſto Ieſu, Domino noſtro: per quem, & cum quo, gloria ſit patri, cum

ſancto

ſancto Spiritu, in ſecula: Amen.

Et quæ quidem habet de fide hęc ſola Catholica Eccleſia, & columba innocens, una uiro ſua, ſicut dicit, Vna eſt columba mea: ſimiliterq́ꝫ de innumerabilibus adoleſcentulis, quarum non eſt numerus, compendioſe diximus. Diximus etiam de patris, & filij, & ſancti ſpiritus conſubſtantialitate, ac de incarnea Chriſti, & perfecta præſentia, deq́ꝫ alijs fidei partibus. De legibus autē eius, paucis neceſſe eſt iterum dicere mihi ſpecialiter, omnes earum partes exponendo. Quæcunqꝫ igitur in ea tanquam naturaliter, ſeu iure ſeruata ſunt, aut adhuc ſeruantur, horū quædam ex mandato ſunt, quædam ſecundum propoſiti receptionem, Deo gaudente in efficacia doctrinæ ſuæ. Ac primò fundamentum, & ut ſic dicam, primus gradus eſt in ipſa uirginitate, quæ apud multos exercetur, & ſeruatur, & celebratur. Comitatur hanc ſolitas, ut ſic loquar, in qua multi utriuſque ſexus uiuunt. Poſt hanc eſt continētia, quæ conſtituta eſt ad eundem curſum. Deinde uiduitas, cum attentione, ac immaculata conuerſatione. His ordi-

Tertia pars huius orationis, de ritibus, & ſacris inſtitutis Eccleſiæ: id eſt, cōſenſu Eccleſiæ.

Hic attendāt Catholici, et Sectarij.

Virginitas, Deuotionem uocāt, nō in-

& noui Teſtamenti ſimilia his occurrãt. Eadem Eccleſia confitetur etiam, quòd ipſe Dominus formauerit corpus Adamo, & inſpirauerit ei ſpiritum uitæ, cum ei condidit animam uiuentem: quodq́ ipſe Deus legem dederit Moyſi, pater, & filius, & ſanctus ſpiritus, una Deitas. Et quòd Prophetæ ab eadem ſint miſsi deitate, ac ſit Deus ipſe nobis, qui Deus eſt Iudæorum, & Chriſtianorum; & Iudæos uocauit ad iuſtificationem, qui nõ eandem præſentiam Ieſu noſtri domini, ſeruantis omnes, qui ſecundum ueram fidem ipſius uiuunt, nec etiam ueritatem præconij, ueræ doctrinæ Euangelicæ negant. Venit enim, uenit unigenitus, & ſic habet mater noſtra Eccleſia, portus ille trãquillus pacis, lætitia, quæ ſpirat pulchritudinẽ uitis, & fert uuam nobis largitatis. Et, quod recreat à laboribus, illud poculum quotidie, Sãguinem Chriſti gratificando, purum, uerum: quòd uerè natus eſt Chriſtus ex Maria ſemper uirgine, accepto uero corpore, non ſecundum opinationem, carne uerè, corpore uerè, cum oſsibus & neruis, & omnibus noſtris, nihil à nobis immutatus,

Sanguis Chiſtri.

Græca eſt compoſitio ἀειπαρθένου, *ſicut aliæ plurimæ.*

tus, niſi quòd illuſtris eſt ſanctitate ac deitate ſua, uaſeq; ſanctificationis & iuſtitiæ: habetq; omnia perfectè ſine peccato, animam humanam uerè, mentem humanam uerè: non quaſi nos mentem ſubſtantiam eſſe affirmemus, quemadmodum alij dicunt.

Poſt Arium uarij fuerunt hæretici, perſonæ Chriſti oppugnatores: inter quos & hi fuerunt, qui noluerũt Chriſtum non habuiße mẽtem, ſeu animũ. Ad hos Epiphanius hic reſpicit, et copioſe de ipſis tractat in 77. hæreſi, quam διμοιρίτας *uocat, hoc eſt, qui partiti ſunt Chriſtum, ac non omnia quæ debentur, ei tribuerunt. Sic aũt iſthic, numero 434. Germanici libri Græci, habet inter alia de his rebus,* Ἐγώ γε τὸν νοῦν τὸν ἡμετέρον, οὐχ ὑπόστασιν ἡγοῦμαι, οὐδέ τις τῶν υἱῶν τῆς ἐκκλησίας. ἀλλ᾽ ἐνεργίαν τινα ἐκ θεοῦ ἐν ἡμῖν δεδομένην, καὶ οὖσαν. τὸν δὲ χριστὸν ὑπόστασιν λέγω, ὡς καὶ πάντες πιστοὶ ὁμολογοῦσι, καὶ θεὸν ὁμολογῶ, *&c. hoc eſt: Ego uerò mentem noſtram non puto ſubſtantiam, neq; aliquis filiorũ Eccleſiæ, ſed actum, ſeu uim quandam, quæ nobis ex Deo data eſt, & eſt: Chriſtũ autem ſubſtantiam dico, ſicut etiam confitentur omnes fideles, & Deum eſſe confiteor, &c. Paulo pòſt ratiocinatur ex minore: Si Paulus, cũ inquit, nos autem Chriſti mentem habemus, & naturalem ac propriam, & Chriſti mentem habuit loco muneris: multo magis filius Dei Chriſtus habuit mentem ſimul na-*

turæ humanæ cum reliquis huius partibus, & natura diuina, αὐτοτέλειος ὢν, αὐτοθεὸς ὢν, αὐτοδύναμις, αὐτονοῦς, αὐτοφῶς, καὶ τοῦ νοῦ καὶ παντὸς τοῦ σώματος πληρώτης, *ut inquit ſignificantiſsimè, ac immutabiliter in latina lingua.*

Omnia uerò in peccato nõ maculata, os non mentitum, labia dolum non locuta, cor non inclinatum ad irriſionem, animum non extruſum in ea quæ non conueniũt, carnẽ carnis uoluptatem nõ operatã. Perfectus è ſupernis Deus, qui non uenit ut habitaret in homine, ſed ipſum uerbum, quod in hominis naturam ſe inſeruit.

Λόγος ἐνανθρωπήσας, id eſt, Sermo qui inhumanauit, ut ſic dicam: hoc eſt, qui ſe naturæ hominis copulauit in perſonæ unitatem, ſeu uniuit. hoc tamen uerbum Theologicè, hoc eſt impropriè, ſicut S S. patres eò neceſsitate quadam coacti ſunt uſi, ad rem ut intellectu imperceptibilem, ita uerbis, & hoc longè magis, inenarrabilem accipiendo. Nam et Græci reliqui ſcriptores uerbo ἑνοῦν, & nomine ἕνωσις, & Latini ſuis qualibuſcunq;, unire, & unio, miſcendi actionem & miſtionem intelligunt.

ἐνανθρώπησιν, *inhumanatio* Non uerſus natura, cõplexus unà cum deitate propriam in hominis naturã inſertionem, uerè factus in utero uirginis, editus in lucẽ ꝑ meatus genitales, nõ pudendè

dendè, immaculatè, impollutè, nutritus, & in ulnis geſtatus à Simeone & Anna, portatus à Maria, deinde ambulauit, itinera fecit, puer eſt factus, prouectus eſt ætate, in ſe habens omnia perfectè, numero annorum & mẽſium comprehenſus, in utero geſtatus, natus ex muliere, ſubiectus legi, profectus ad Iordanem, tinctus à Iohanne, cum nihil opus haberet balneis. Propter id aũt, quod eſt conſequens in lege hominis effectioni,

nem, ſeu hòmificationem ſonat.

Hic etiam eſt uox ἐνανθρώπησις, & propriè ſignificat hominis effectionem: ut ſic ἐνανθρωπῆσθαι etiam nihil ſit aliud, quàm fieri hominem.

Non conturbans quod eſt iuſtum, ut impleretur, ut ipſe ait, omnis iuſtitia: ut oſtenderet, ſe ueram carnem induiſſe, ueram hominis effectionẽ. Deſcendens in aquas: dans, tanquam acciperet: accedẽs, tanꝙ indigeret: illuminãs ipſa, uim eis inferens ad imaginẽ eorũ quę in ipſa erant perficiẽda: ut qui credidiſſet ei uerè, ac habentes fidem ueritatis, intelligerent eum reuera factum hominem, reuera tinctum eſſe, ut ſic per eius approbationẽ & ipſi ambulãtes acciperent uim, quam peperit eius deſcenſio, lumineꝗ perfun-

Lucæ 24.

Scilicet in Iordanē ad baptiſmū.

perfunderentur ab eius illuſtratione, ac impleretur quod dictum eſt in Propheta, in mutationem potentiæ, & præſtationem ſalutis potentiæ panis, quæ aufertur Hieroſolymis, & roboris aquę.

Non citat locum, ut eſt in princ. 3. cap. Eſaiæ, ſed conciſum, & accommodatum ſimul ad inſtitutum, & expoſitum admodum ſuauiter allegoricè, pane & aqua deflexis ad noui Teſtamenti ſacramenta, imò ad totam iuſtificationis & ſalutis rationem, iuxta hoc Matth. 21. Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. ac ideo ſequitur,

Hic uerò fortificarentur uis panis, & aquę robur, non ut panis fieret nobis potentia, ſed ut potentia, ſeu uis panis contingeret, ac eſus quidē panis, uis autem in eo ad uiuificationem: & non ut aqua tantum nos purgaret, ſed ut in fortitudine aquæ per fidem & efficaciā, et ſpem, & arcanorum perfectionē, & appellationem ſanctificationis fieret nobis in perfectionem ſalutis. A' Iordane quoq; iterum aſcendens, audita uoce patris à præſentibus diſcipulis, ut oſtenderetur, quis eſſet, cui teſtimonium daretur, & ſpiritu ſancto in ſpecie columbæ deſcendente, quemadmodum in multis hæreſibus diximus,

ximus, ut non copulatio putaretur eſſe Ternitas, figuram induente ſpiritu ſancto in propria perſona, ſeu hypoſtaſi: ueniente autem ad eum, & inſidente ut uideretur, cui daretur teſtimoniũ, ut ſancta caro, quæ eſt amica, & approbatur à patre, & ſpiritu, haberet teſtimonium, ut pater adprobator carnalis præſentiæ filij renunciaretur, ut filius uerus uideretur, & impleretur quod eſt dictum: Et *Baruch. 3.* poſt hæc in terra uiſus, & inter homines conuerſatus eſt. Præterea manifeſtè ac uerè à Diabolo tentatus in ſolitudine, eſurijt, ſecundum conſecutionem & ueritatem carnalis præſentiæ: diſcipulos elegit, ac ueritatis præconem egit, ſanauit morbos, dormiuit, eſurijt, itinera fecit, diuina ſigna fecit, mortuos excitauit, cæcis ut uiderent præſtitit, claudos, reſolutos corroborauit, & Euangelium annũciauit, ueritatem, regnum cœlorum, eius erga homines amorem, & patris, & ſancti ſpiritus. Cruciatus etiam pro nobis ſuſtinuit uerè in carne, ac in perfecta hominis conſtitutione: paſſus eſt reuera in cruce, ita ut eſſet cum eo deitas, non tamen ad patiendum conuerſa, ſed impati *Et hic eſt ἐνανθρώπησις.*

lis, &

lisq́ traditum, libera deitatis uoluntate. ac poſtquàm eſſet à Satana tentatus, & pertuliſſet famem, ſomnum, laborem, triſticiam, & angorem, ipſum corpus ſanctum copulatũ eſt in poſterũ deitati, ac deitas hæc paſſo corpori. Nã reſurrexit, & ipſum ſibi copulauit in unitatem ſpiritus, in unã unitatem, in unã celebrationẽ, in unam ſui deitatem. Apparuit enim uerè & contrectatus eſt à Thoma, & comedit, & bibit cum Apoſtolis, et cõuerſatus eſt cũ eis quadraginta dies & quadraginta noctes. Imò clauſis quoque ad eos ianuis intrauit, ac poſt hoc oſtendit eis neruos & oſſa, clauorum ictum, & locum lãceæ, quòd ipſum eſſet uerum corpus, coaptatum in unam unitatem, & unam deitatem: quodq́ nõ amplius mortem expectat, non amplius moritur, ſicut inquit ſanctus Apoſtolus: Reſurrexit Chriſtus, nõ amplius morit̃, mors ei non amplius dominat̃. patile ſemper impatile manet, diuinũ cũ corpore, anima, & omni effecti hominis opificio. Qui ipſe Deus eſt. Regreſſus aũt in cœlum cõſedit in dextera patris, in gloria, nõ depoſito corpore, ſed copulato in ſpirituale, in

glorificationem.

Rom. 6.

in perfectione unius Deitatis, ut & noſtra corpora, quæ nunc ſeminantur animaliter, excitabuntur ſpiritualiter: quæ nunc ſeminantur in corruptione, ſuſcita-
1. Cor. 15. buntur in incorruptione: quæ nũc ſeminantur in morte, ſuſcitabũtur in immortalitate. Si ergo noſtra ſic habent, quanto magis illud ſanctum & inenarrabile, incomparabile, ſyncerum, & Deo coniunctum, & unum eſt in poſterum unius formæ, ſicut in hoc etiam teſtatur A-
2. Cor. 5. poſtolus, cum dicit: Etſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum, nõ amplius cognoſcimus, non, quòd diuiſerit carnẽ à Deitate, ſed quòd ipſa quidem adhuc ſit, ac Deo ſit coniuncta, nõ amplius autem ſecundum carnem, ſed ſecundũ ſpi-
Rom. 1. ritum, ut inquit: Secundum ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorũ Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ ſimul Deum habet impaſſibilem, & paſſum, & ſepultum, quiq́ iterum ſurrexit, ac rediịt in gloria, uadens ad iudicandum uiuos & mortuos, ut dixi, reuera, cuius regni non erit finis. Etenim ſancta ipſa Eccleſia, mater noſtra credit, ut etiam ei uerè præconio traditum eſt præceptum, ꝙ

ſimus

ſimus dormituri, & reſurrecturi cũ hoc corpore, cum hac anima, cum toto noſtro uaſe, ut unuſquiſque accipiat ſecundum ea quæ fecit. Quòd enim ſit reſurrectio mortuorum, & iudicium æternũ, & regnum cœlorum, & requies pijs, & hæreditas fidelium, & chorus cum angelis eorum qui ſeruauerunt fidem, & ſanctitatem, & ſpem, & Domini præcepta, uerum eſt, & renunciatum, & firmatum, & creditum, hos reſurrecturos in uitam æternam, iuxta id quod ſcriptum eſt in Euangelijs. Nam quæcunq; dicit Apoſtolus, & ſanctæ ſcripturæ omnes, uera ſunt. Quanquam autem apud eos qui non crediderunt, & eos qui malè intellexerunt, aliter accipiuntur: nobis tamẽ hæc eſt fides, hic eſt honor, hæc eſt Eccleſia mater noſtra, quæ fide ſeruatur, ſpe cõfortatur, dilectione Chriſti perficitur: adeoq; in confeſsione, atq; in myſterijs, & in balnei purgatoria potentia: quòd ſcriptum ſit, Profecti baptizate in nomẽ patris, & filij, & ſancti ſpiritus. In nomẽ uerò diuinę Ternitatis, nullam nominatione differentiã habente. Sed unus nobis Deus in lege ac prophetis, & Euan-

Fides, ſpes, charitas, confeßio, ſacramẽta.

gelijs, & Apoſtolis, ueteri ac nouo Teſtamento renũciatus eſt, & annunciatus pater, & filius, & ſanctus ſpiritus, ita ut nulla ſit coniunctio Deitas, ſed uerè Ternitas perfecta, perfectus pater, pfectus filius, perfectus ſpiritus ſanctus, una deitas, unus Deus, una gloria, honor & potentia in ſæcula ſæculorũ: amen. Hęc eſt fides noſtrę uitę uelut opus q̃ddã, ſeu negociatio, firmamẽtum hoc ueritatis, hæc eſt Chriſti uirgo, & columba innocens. Hæc eſt uita, hæc ſpes, & ſtabilimẽtum incorruptionis. Verùm quæſo uos omnes, qui legetis hanc orationem, ut meæ ueniam detis humilitati, & imbecillitati mentis meæ † curtiſsimæ, ut ſic dicam, quæ tanquam torpedinem ex multo hæreſum ueneno contraxit, ac dehiſcit, expuentis & nauſeantis inſtar: unde quidem acerbè ſum in quædam inuectus uerbis, appellãdo aliquos aut errones, aut pręſtigiatores, aut deceptos, aut deceptores. Ob tãtam enim ueneni moleſtiam, etſi non ſit noſtra conſuetudo prõptè alios proſcindere, neceſſe habuimus talibus eos uerbis notare, ut auerteremus quorundam animos, ne putarent

Cõclusio ſecundæ partis.

Excuſatio de acerbitate ſermonis librorũ de hæreſib.

† Sic Poeta curtam ſupellectilem dixit.

aliquando

aliquando nos, cum propter obſcuritatẽ non uenissent in publicum, hæc detexiſſe, quæ apud eos dicuntur & fiunt, atq; ita partem habere animi approbãtis perverſas omnium hæreſum opiniones. Feci autem & exordium paucis in principio uoluminis, ubi de his mihi caueo, & ueniam peto, ne quis impingat petulantiam, nobis, tanq; hac ſuperatos putans, & qui rapiamur ad conuiciandum. Indicauimus autem in exordio quoque, de quibus dicturi ſimus hæreſibus, & in quot libros diuiſerimus totam lucubrationem. Et de quibus, & qualibus in unoquoque libro dixerimus, ut hic etiam iterum admonitus ſubindico ſimiliter, undiq; in utilitatem in his uerſantiũ. Ac ſunt libri tres, partes uerò ſeptem. Et in primo libro hæreſes 46. inſertæ ſecundum numerum, & ſecundum ſeriem primæ & ſecũdę, uſq; ad eam partẽ quæ eſt in libro ultima, q primus liber habeat hæreſes 46. in partibus tribus. Liber ſecundus hæreſes habet 23. in partibus duabus. Tertius liber continet hæreſes 11. in partibus duabus. Omnes igitur qui ſimul quaſi cũ noſtro labore laboratis,

Intelligit hæreſes, de quibus tractauit.

Repetit hic obiter paucis diuiſionem operis de hæreſib.

& patienti animo in hoc opere uerſami ni legendo, incitaminor, & digni habi- minor, ut lucriſaciatis utilitatem, quæq; ſunt moleſta in hæreſibus, ab animo de- pellatis. Nõ enim ut noceremus, detexi mus hæc, ſed ut prodeſſemus, & cauere- mus, ne incideretis in approbationẽ eo- rum quæ antè ſunt dicta. Percurſa uerò tota lucubratione, aut eius partibus, ora te pro nobis, & dignum habete, ut det nobis Deus partem in ſancta, et Catho- lica, & Apoſtolica Eccleſia, uera, uiuifi- catiua, & ſalutari, & liberet nos ab omni hæreſi. Ac, ſi quid, ut homines, qui non poſſunt ad finem incomprehenſibilis & inenarrabilis Deitatis pertingere, ſed in anguſtijs uerſantes pro Deo dicere hu- mano more, ut defenderemus, neceſsita te quadam inducti ſumus: Deo ueniam dante, uos etiam date. Atq; iterum pre- cibus cõtendite, ut Dominus, quam pe- tiuimus, partem nobis det in ſancta ſua fide, ac ſola, quæ ſeparata eſt ab omni cõ trarietate: adeoq; faciat propriorũ pecca torum, quę multa ſunt, condonationem in Chriſto Ieſu, Domino noſtro: per quem, & cum quo, gloria ſit patri, cum

ſancto

ſancto Spiritu, in ſecula: Amen.

Et quæ quidem habet de fide hęc ſola Catholica Eccleſia, & columba innocens, una uiro ſua, ſicut dicit, Vna eſt columba mea: ſimiliterq́ꝫ de innumerabilibus adoleſcentulis, quarum non eſt numerus, compendioſe diximus. Diximus etiam de patris, & filij, & ſancti ſpiritus conſubſtantialitate, ac de incarnea Chriſti, & perfecta præſentia, deq́ꝫ alijs fidei partibus. De legibus autẽ eius, paucis neceſſe eſt iterum dicere mihi ſpecialiter, omnes earum partes exponendo. Quæcunq́ꝫ igitur in ea tanquam naturaliter, ſeu iure ſeruata ſunt, aut adhuc ſeruantur, horũ quædam ex mandato ſunt, quædam ſecundum propoſiti receptionem, Deo gaudente in efficacia doctrinæ ſuæ. Ac primò fundamentum, & ut ſic dicam, primus gradus eſt in ipſa uirginitate, quæ apud multos exercetur, & ſeruatur, & celebratur. Comitatur hanc ſolitas, ut ſic loquar, in qua multi utriuſque ſexus uiuunt. Poſt hanc eſt continẽtia, quæ conſtituta eſt ad eundem curſum. Deinde uiduitas, cum attentione, ac immaculata conuerſatione. His ordi-

Tertia pars huius orationis, de ritibus, & ſacris inſtitutis Eccleſiæ: id eſt, cõſenſu Eccleſiæ.

Hic attendãt Catholici, et Sectarij.

Virginitas, Deuotionem uocãt, nõ in-

commodè, quanquam noua ſigni ficatione.

nibus deinde ſuccedũt honeſtæ nuptiæ, magno in honore, maximè quæ in una coniunctione conſiſtunt, quę dicitur inde monogamia, ſimulq́ʒ in obſeruatione præceptorum. Si autẽ quis, eius uxore mortua, quæúe, mortuo marito eius, cupit cum alio aliáue cõiungi, poſt mortem primi, aut primæ hoc facit.

Hic deſunt in libris noſtris uerba τοῦτο ποιεῖ, *aut hoc,* συνάπτεται, *aut aliquod ſimile proculdubio, cum alioqui ſit imperfecta ſententia: nec uerba, poſt mortem primi, aut primæ, cum præcedentib. aptè cohæreãt ob tautologian, ac ab ipſo* Epiphanio *uidetur omiſſũ, quod abeſt, & non eſt duriſſima hæc ellipſis.*

Vertex autem horum omniũ, aut mater, ut ita dicam, et genitrix eſt, ſacrum ſacerdotium, quod ex uirginibus ferè prodijt: quando autem non ex uirginibus, ex ijs qui ſoli, ſeu cœlibes uiuũt. Vbi nõ ſufficiunt ad miniſterium, qui ſumuntur à cœlibibus, ex ijs qui ſe cõtinent à proprijs, aut uidui manent à * ſolijugio (liceat mihi ſic loqui) † Secundijugem autem nõ licet in ipſa in ſacerdotium adſumere, licet ab initio cõtinens quoqʒ ſit uiduus, in ordine epiſcopi, presbyteri, diaconi, hypodiaconi.

* *Monogamia.*

† Δευτερόγαμον.

In hoc c

In hoc ſpeculo ſe diligenter contemplentur, qui non tantum abuſum, & pluſquàm barbaricam deprauationem huius conſuetudinis, & ordinationis Eccleſiaſticæ, ſed ipſam etiam tollunt ordinationem. Illi uerò in primis, qui ſine ulla fronte, adeò que, ut ſat eſt coniecturarum, contra conſcientiam contendunt, & D. Paulum unius uxoris uirum dixiſſe, qui ſimul unam tantum habeat, quantumuis antea uel unam, uel plures quoque per ſucceßionem habuerit: & SS. patres Græcos maxima ex parte ſic etiam uocabula μονογαμίας, & δευτερογαμίας, intellexiſſe. Flagitioſa profectò eſt impudentia, & ex diabolo profecta, non ex Chriſto, aut eius Euangelio. Quid enim opus fuiſſet facere diſcrimen hic inter Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, Hypodiaconos (ineptè uulgus uocat Subdiaconos, partim latinè, partim græcè) & alios inferiores Clericos? An, ut hic etiam apertè ſcribitur, non licuit habere ſimul duas, aut plures uxores laicis, & licuit ordinum inferiorum clericis? Et quando licuit in Romano Imperio qualibuſcunque? Sed quid, aliquis inquit, ſi hoc intelligatur de infidelibus conuerſis, qui uno tempore duas, aut plures habuerunt ante conuerſionem, & poſt conuerſionem lectores potuerunt, ac inferiores clerici, non ſuperiores fieri? Audio: nõ tamen hoc etiam, quòd hic locus adſtipuletur, imò non repugnet, cum tantum fidelium recitet ordines à uirginitate, non etiam infidelium. Sed afferamus luce meridiana clariora, idq; tantum ex hoc auctore. Sic numero 61. ubi Ebioneos tractat, non procul

à principio, de quodā Ioſepho ſcribit, ἔφασκε γὰρ, ὅτι τελευτησάσης αὐτοῦ συμβίου, δεδιὼς μή πῃ ἄρα ἁρπάσωσιν αὐτὸν οἱ ἀρειανοὶ, καὶ καταστήσωσι κληρικὸν (πολλάκις γὰρ κολακεύσαντες αὐτὸν πεισθῆναι τῇ αἱρέσει ὑπισχνοῦντο μείζονας προκοπὰς, εἰ δέον, καὶ ἐπισκοπῆς αὐτὸν καταξιοῦν) ὁ δ᾽ ἔφασκε, τούτου χάριν συνῆφθαι καὶ ἑτέρᾳ γυναικὶ, ὅπως διαδράσοι τὰς αὐτῶν χειροτονίας. Hoc eſt: *Dicebat enim, quòd mortua cōuictrice ipſius, metuens necubi raperent ipſum Ariani, & conſtituerent clericum (nam ſæpe tentantes eum adulatione ad hæreſim pertrahere, promiſerunt magnos honores: Epiſcopatu quoq;, ſi eſſet opus, eum ornaturos) ipſe autem dicebat, inquam, huius gratia copulatum ſe fuiſſe alij mulieri etiam, ut eorum effugeret ſuffragia.* Hæc ille. *Non'ne prius hic altera mortua, ſcribitur alia fuiſſe ducta, non uiuente priore: ac eam fuiſſe cauſam, apud* Arianos *quoq;, non admittendi ad ſacerdotium?* Neget hoc Lugemundus, *& ſibi deinde contrarium cognomen affingat, ac non aut impudenter mentiatur, aut miſerè inſaniat.* Idem *clariſſimè oſtēditur his uerbis eiuſdem* operis *numero* 215. *ubi contra* Catharos *agitur:* καὶ γὰρ τῷ μὲν ὄντι οὐ δέχεται τὸ ἅγιον τοῦ θεοῦ κήρυγμα, μετὰ τὴν τοῦ χριστοῦ ἐνδημίαν, τοὺς ἀπὸ πρώτου γάμου τελευτησάσης τῆς αὐτῶν γυναικὸς, δευτέρῳ γάμῳ συναφθέντας, διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς τιμῆς τῆς ἱερωσύνης. Id eſt: *Etenim re uera nō recipit ſanctū præconiū* Dei, *poſt* Chriſti *aduētum, eos qui ſecundis nuptijs à primis, eorū uxore mortua, copulati ſunt, propter excellentiam honoris, quē habet ſacerdotium.* Hæc *ita perſpicua ſunt, ut qui*

dubitare

dubitare adhuc uelit, aquam in mari quærat, aut in meridie lucem. A' nobis autem huc ſunt adſcripta, nõ ut obſtinatos flecteremus, cum non magis hoc (humanitus puto) poßit fieri, quàm aut cæci uidere, aut lippi, & obſcurè cernentes, clarißima luce poſſunt adiuuari: ſed ut rectè ſentientes conſeruarentur in propoſito, & uacillantes ex imbecillitate curabili confirmarentur.

Poſt hoc ſacerdotiũ reliqua eſt lectorum claſsis, ex omnibus claſsibus: hoc eſt, uirginum, & eorum qui ſoli degunt, & continentium, uiduorum, & coniugum. Si autem ſit neceſſe, iunctorum etiam poſt mortẽ primę uxoris alteri. Non eſt enim ſacrificus lector, ſed uelut ſcriba ſermonis. * Diaconiſſæ præterea conſtituũtur ad miniſterium fœminarum, grauitatis cauſa, ubi uſus poſtulauerit, propter balneum, aut inſpectionem corporum. Et ipſæ unijuges, & quæ præſtiterunt continentiam, aut uiduæ ſunt ab unijugio, quæúe ſemper manſerunt uirgines. Deinde ordine adiuratores, interpretes linguæ in linguam, aut in lectionibus, aut in cõgreſsibus. Cæterum ſunt & operatores, qui dormientium corpora curant: & ianitores, ac omnis illa ordi-

ἱερωσύνη. Sacerdotium generaliter hic ſignificat.

Lector.

** id eſt, miniſtræ.*

Monogamia.

nis moderatio. Cōgreſſus aūt, qui fiunt, ordinati ſunt ab Apoſtolis die quarta, ſexta, & Dominica: in quarta, & pridie Sabbati manſerūt ieiuni ad horā nonam uſq;. ſiquidē ſub illius initiū diei cōprehēſus eſt Dominus, & altera eſt crucifixus. atq; tradiderunt Apoſtoli, ut in his ieiunijs res ſacra fieret, ad implēdū q̄d dictū eſt: Quādo ablatus fuerit ab eis ſpōſus, ieiunaturos in illis dieb. Ac nō, ut beneficiū in eū qui ꝓ nobis eſt paſſus, conferamus, ieiuniū eſt nobis mandatum: ſed ut confiteamur, in ſalutē noſtrā paſsionem Domini, quā in ſe is pro nobis recepit, et ut pro noſtris peccatis fieret placatio.

Synaxes et ieiunia.

Obſerua cauſam ordinarij ieiunij.

Hic eſt ἱλάσματα*, quod ſignificat placatiua (ſcilicet ieiunia) perſolutiua, recōpenſatiua: ut ſunt gratiæ, quæ reddūtur benefactoribus: & pœnæ, quæ dantur pro delictis: et ſatisfactiones, et opera digna pœnitētia aliàs uocātur, & hoc actiuè: maximè uerò propria ſignificatio nominis eſt, digna quæ laudētur, quæ grata ſint, de quib. alij benè loquātur. Hæc eſt paßiua ſignificatio, & nihil admodū à præcedēte uariat p quandā conſecutionē, ſeu connexionem. Quomodo autē hoc genus perſolutionis & ſatisfactionis accipi debeat, nequaquam excluſa fide, Christo, & gratia, ſicut multi nunc manifeſtè calumniantur, ex Theologorum diſputationibus de hac re petendum eſt.*

Ac

Ac per totum annum hoc ieiuniũ obſeruatur in ipſa Catholica Eccleſia: dico die quarta, & pridie Sabbati, quæ ſexta eſt, ad horam uſq; nonam.

Hora noua ſignificat ueſperũ, ut nunc habetur, iuxta rationem inæqualiũ horarum: hoc eſt, creſcentiũ & decreſcentiũ cum die. Hoc *tempus nobis circa ſolſtitiũ, eſt hora quarta poſtmeridiana: circa brumam uerò, ſecunda.* Hic *autem, & in ſimilibus locis, noſtrorum temporum clerici, maximè quos uocamus* Canonicos, *rectius uocaturi aſotos, magna ex parte, uideãt ne uerum ſit noſtrũ uulgare prouerbiũ, ac ante me natum & celebratum,* Plures *coronas (ut uocant raſos uertices) apud inferos eſſe, q̃ galeas.* Boni *dabunt mihi ueniã, ac præterq̃ quod mecũ dolebunt, ſentiẽt flagitia tã aperta & notoria nõ debere à quoquã diſſimulari, multo minus laudari, aut tegi: ſi tamen ſuſus in ſacco, ut noſtrates quoq; loquuntur, tegi poteſt.*

Excepta ſola Pentecoſte tota dierum quinquaginta, in quibus neq; genuflexiones fiunt, neq; ieiuniũ eſt ordinatũ.

Pleonaſmus *in uerbis dierum quinquaginta, & uelut expoſitio nominis* Pentecoſtes. Nam *hoc ſignificat quinquageſimam (ſcilicet diem à* Paſcha*) quæ uox ordinis eſt, non eſt numeri.* Ac *ita propriè ſignificatur ipſa dies, quæ eſt quinquageſima poſt diem* Paſchæ*: figuratè uerò, totum hoc tempus 50. dierum: ſicut*

ſicut quadrageſimam etiam, & τετρακοστὴν dicimus, non tamen etiam propriè pro huius temporis ultimo die. Sed utroq; ferè modo ueteres Latini Calēdas, Nonas, & Idus appellant, ſi quis rem perpendat rectè.

Pro congreſsibus autem, qui fiunt ad horam nonam dierum quartarum, et ꝓſabbatorum, ut etiam die Dominica, matutinis horis congreſſus perficiuntur. Quare nec in L. diebus Pentecoſtes, ut iam dixi, habetur ieiunium: non etiam in Epiphaniorum die, quando generatus eſt in carne Dominus, licet ieiunare, etiamſi in hæc inciderit quarta, aut * proſabbatum.

Hoc eſt, cœnæ domini, aut Miſſæ, ut nunc loquimur, celebrantur.

* *Anteſeſtum.*

Obſeruandum eſt hic, Epiphania dici pluraliter, ac ſignificari Epiphaniorum die, diem ipſam natalem Chriſti, Magorum feſtum, ab apparitione ſtellæ ſimul, & natiuitate Chriſti. Epiphania, id eſt, exortus, apparitio uocatur: cum illa dies tantum à Chriſto, uero lumine, in hunc mundum uiſibiliter, & in uera carne orto, edito, & iam inter homines apparente reuera, nomen Epiphaniorum, id eſt, apparentium habeat. Pluralis autem numerus ideo uidetur uſurpatus, ut cum emphaſi quadam ſignificaretur, multa beneficia nobis in uno Chriſto exhibita eſſe.

Bono autem propoſito, qui ſunt eius exercitatores, per omnia, præterquam in Domi-

Dominica, & Pentecoſte ieiunant, & ſemper uigilias peragũt. Dominicas uerò delicatas omnes ducit ſancta ipſa Eccleſia catholica, et congreſſus manè peragit, non ieiunat. Haud enim eſt conueniens, in Dominica ieiunare. Quadragesimam deinde, quæ eſt ante ſeptẽ ſanctæ Paſchæ dies, itidem obſeruare conſueuit eadem Eccleſia, uiuendo in ieiunijs. Dominicas autem non ſolet omnino, etiã in ipſa quadrageſima. Cæterùm ſex dies Paſchæ in * Xerophagia, id eſt, ſiccorũ, ſeu tenuiſsimo potius uictu peragunt omnes populi: dico autem, pane, ſale, & aqua tunc utentes ad ueſperã uſque. Sed diligentes etiam duplices, triplices, & quadruplices ſuperaddunt. Atque adeò nonnulli totam ſeptimanam uſq; ad galli cantum, appetente iamiam Dominica. Vigilijs autem ſex dies tranſigunt, præterea congreſſus agunt ijſdẽ ſex diebus, ac tota quadrageſima, ab hora nona uſq; ad ueſperam.

Sic nos, mit waſſer vnd brot faſtẽ/ſchmale biſſen.

Hic uides, quid appellauerint olim ueſperam. Nũc ſicut matutinas preces perficimus tempore debito, ita ieiunamus etiam, & uigilamus: & hoc ij maximè, qui gubernacula tenent Eccleſiarum, cum tamen

his

his talia præcipuè ſint mandata, imò ſolis quondam. ac eſt ſanè pauperibus opificibus hæc omnia præſtare impoßibile propemodum. Et ijs etiam presbyteris, q docere debent, & pugnare cum hæreticis, leuari nō-nihil iſtiuſmodi onera debebant.

** illuceſcit.* *Intelligit eā, quæ eſt ante Paraſceuen.*

In quibuſdam locis uigilant eam quæ eſt poſt quintam, & * imminet in pro-ſabbatum, ac Dominicā, ſolas. In alijs uerò diſpenſationis cultus exercetur diei quintæ hora nona.

Per cultum diſpenſationis intelligit Synaxin. ac diſpenſationē, ſeu rei familiaris adminiſtrationem (hoc enim uox œconomiæ, qua hic eſt uſus, propriè ſignificat) ideo nominat, quòd illis temporibus non ſolerent ita crebrò miſſas facere ſine diſtributione ſacramenti: ſi tamen ullas fecerunt, ut nos facimus, & ſæpe quidem plus quàm negligenter, & impurè. Vtinam uerò tandem iuſtum in hoc tanto myſterio pharmacū adhiberetur à noſtris potius, quàm à Turcis, aut hæreticis uaſtárentur, aut profanarentur omnia. Debent etiam hic obſeruare hoſtes huius myſterij uocem λατρείας. *Nam hac èſt uſus Epiphanius: & quidem ſignificantißimè dixit* λατρείας, οἰκονομίας.

Quadrageſimam intelligit.

Et ſic deſinit, manentibus hominibus in ſiccorum eſu. Alibi non fit diſpēſationis cultus, niſi nunc Dominica imminē-te, cum deſinit ſub gallorū cantū, in die reſurre-

reſurrectionis, & conuentu magno, die Paſchæ, ut eſt ordinatum. Alia uerò arcana de balneo, ac interioribus arcanis, ut habet Euangelij & Apoſtolorum traditio, ſic peraguntur.

Baptiſmus, & reliqua myſteria.

Nihil hic aliud intelligit per alia myſteria, q̃ reliqua ſacramenta, quæ multi hoc ſeculo irrident: aut certè, ſi hoc non faciunt, tamẽ contendunt omitti poſſe, ut non tradita uel à Chriſto, uel ab Apoſtolis. Hoc autem faciunt improbè ac petulanter: nec probant, niſi hoc Pythagoræorum, Ipſe dixit: aut, quod eſt arrogantius, Hoc uolo, ſic iubeo, ſit pro ratione uoluntas. Hic enim auctor, & alij multi, fortiter eos reuincunt: & ſimul retunditur hic ſubtilitas & huius erroris, quòd nihil ſit in Eccleſia obſeruandum neceſſariò, niſi quòd habeatur expreſſe in ſacris literis.

De mortuis deinde nominatim faciunt mentionem preces, cultus, & diſpenſationes perficiendo.

Procuratio mortuorũ.

Hic obſerua, pie Lector, προσευχὰς, λατρείας, & οἰκονομίας, pro mortuis. Nam his uocabulis hic utitur Epiphanius. Quid autem ſignificetur eis, præcedentia declarant. Pluralis etiam numerus horum obſeruandus eſt. Noſtris præterea poſtrema dictio, ne putent hic ſe patrocinium habere quæſtus & auaritiæ, quæ ut alia pleraq;, ita & hæc fœdè contaminauerunt.

Matutinę quoq; Dei laudes, & preces *Hymni,*

fiunt, *Pſalmi.*

ſiunt , cantionesq́ꝫ ſimul cum facibus, & precationes. Aliqui etiam eorum qui ſoli uitam agunt, in urbibus habitant: ali qui deſident in monaſterijs, & procul ſecedunt.

Hic uides, quid propriè ſint monaſteria. Qui autem Anachoretæ fuerint, uerbum ἀναχωροῦσι, quo hic eſt uſus, & ſignificat ſecedunt, ut etiam ego uerti, oſtendit.

Placuit præterea nonnullis, comas ca pillorum alere, propter uitæ genus pecu liariter inſtitutum, quod Euangeliū non præcipit, Apoſtoli non receperūt. Nam S. Apoſtolus Paulus * præcidit hanc ſpe ciem. Sunt & alia uitæ inſtituta ex proprio propoſito, quę in ipſa uniuerſali Ec cleſia conſeruantur: abſtinere dico à car nibus quadrupedum, auium, et piſcium, ouis, & butyro, & alia diuerſa, quòd unuſquiſq́ꝫ ſecūdum proprium laborem accipiet mercedem. Et hi quidem abſti nent ab his omnibus, illi uerò à ſolis qua drupedibus, & utuntur auibus, & reliquis: alij ſolis piſcibus: pleriq́ꝫ his etiam abſtinent, ac utuntur butyro. Sunt, qui & hoc non utuntur. iam & alij ſunt qui pane abſtinent, alij fructibus arborum,

Id eſt, prohibuit, ſcilicet 1. Cor. 11.

&

& elixatis. Multi cubant in terra. Nonnulli nec teguntur: alij ſaccum geſtant occultatum, rectè geſtantes uirtutis & pœnitentiæ cauſa. Indecorum enim eſt, cum ſacco in publicum prodire, ſicut nonnulli faciunt.

Obſeruandum eſt hic diſcrimen inter publica uitæ inſtituta, quæq; per traditionē ab Apoſtolis, & eorū ſucceſſoribus tanquā per manus accepta ſunt, et propemodum uim legum habent, & ea quæ ſibi unuſquiſque priuato ſtudio propter aliquam piam cauſam eligit. Deinde, quòd ſpeciem ſuperſtitionis & hypocriſis in ſacco, & furcis, ut præcedit, & ſequitur, damnat, ac in his omnes hauddubiè ſimiles. Videāt etiam talium uitæ generum hoſtes, in his rebus quæ per ſe mediæ ſunt, licere, imò Deo probari delectum habere citra ſuperſtitionem & hypocriſim, hoc eſt, uirtutis, & pœnitentiæ cauſa, ut hic dicitur: non omnia, ſicut ipſi fingunt, pugnare cum Euangelio, quæ non præcepta, conſulta'ue in ſacris literis ab hominibus obſeruantur: nec referenda ad regulam, ut ipſi uocant, Fruſtra me colunt mādatis hominū. Quid enim eſt ſtultius, quàm ita ſentire, aut potius calumniari, cum & ipſi talibus inſtitutis utantur, nec poßint eis carere priuatim, & publicè? De animo, quo ſuſcipiuntur & obſeruantur, eſt alia diſputatio: quanquā nos libenter ſequimur, ut debemus, patrum auctoritatem, & Eccleſiæ conſenſum, quòd iſtiuſmodi exerci

m tia

tia proſint ad uirtutem, & auerſionē, aut remiſsionem pœnarum, ut paulo antè ſignificatum eſt etiam: ac ipſorum nonnulli nunc libenter faterentur, ſi poſſent præ inconſtantia, uel potius præ ambitione. Sed nos etiam cauere debebamus, ne ſic degenerarent hæc inſtituta in meras penè ὀφθαλμοδουλίας, καὶ ἐθελοθρησκείας. Qua de re non eſt incommoda, niſi omnino fallor, Socratis ſententia lib. 9. cap. 38. tripartitæ Hiſtoriæ, circa principium. In hoc etiam capite oſtenditur, quanta fuerit & illis temporibus rituum uarietas, ac utilis erit eius lectio uolenti hunc locum rectè intelligere.

Indecorum etiam eſt, ut diximus, cum furcis prodire, ut nōnullis uiſum eſt. Cōplures à balneis abſtinēt, ac nonnulli uitæ renunciarunt, excogitatis ob hoc ſibi tenuibus & ocioſis artibus, ne ducant prorſus ocioſam uitam, nec panem grauatum edant. In carminum etiam cantilenis multi, & aſsiduis precibus, & ſacrarum literarum lectionibus, ac moris, exercentur.

Grauatum dicit, pro grauantem conſcientiam, aut oneroſum, p Enallagē, et ſynecdochen.

Carminum cantilenis hic dixi ad imitationē Græci nominis ψαλμῳδιῶν, quæ certè uox tantum uehementiæ cauſa compoſita eſt, uelut ex idem ſignificantibus ψαλμὸς, καὶ ᾠδὴ, ut ſi dicatur cantilenæ cantatio, coniuncto actu cum potentia non incommodè. ἀπογευθισμοῖς autem, quod ego moris expoſui, puto ſi-

to ſignificari tale quiddam, quale adhuc in Eccleſijs obſeruatur, ac ſtationes à perſeuerando uocantur. Videtur autem exercitium inſtitutum præcipuè cauſa comparandæ & confirmandæ perſeuerantiæ, quacunque fiat ratione, modò pia.

Porrò de hoſpitalitate et humanitate, liberalitateq; in omnes ſanctæ huius Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ fructus ad omnes præconio perlatus eſt. Lauacrum autem habet pro circumciſione antiquata in Chriſto. Requieſcit in magno Sabbato pro paruo Sabbato. *Eleemoſyna.*

Magnum Sabbatum, eſt dies Dominica: paruum eſt, Iudæorum Sabbatum. & ſic dicuntur, quod hoc fuit illius typus, cum reſurrectio Chriſti, quæ peragitur omni die Dominico, perfecerit ſanctificationē generis humani (quantum in ipſa eſt: hoc eſt, ſi nos eam induamus) & Sabbatum legis hanc tantum præſignificauerit.

Abſtinet ab omni hæreſum communione, reijcit uituperando fornicationē, adulterium, laſciuiam, imaginum culturam, cædem, cõtemptum legum, & magiam, pharmaceam, aſtronomiã, & omina, uaticinationes, quæ fiunt per obſeruationem ſaltationum, incantationes, amuleta, quæ & præſeruatiua nominantur.

Quod hic Epiphanius κληδωνισμὸς uocat, puto illas diuinationes eſſe, quas Latini omina dixerunt. Nam κλήζειν appellare ſignificat: & Suid. κληδωνισμὸς dicit eſſe τὰς διὰ τῶν λόγων παρατηρήσεις, id eſt, obſeruationes quæ fiunt per ſermones. παρατηρήσεις autem παλμῶν, hoc eſt ſaltationum obſeruationes, id genus uaticinij ſignificant, ni fallor, quòd Suidas παλμικὸν οἰώνισμα uocat, οἷον ἐὰν πάλλῃ ὁ δέξιος ὀφθαλμὸς, id eſt, ut ſi dexter ſaliat oculus, quod et Poßidonium deſcripſiſſe meminit. Hinc eſt prouerbium etiam, Dexter oculus mihi ſalit: quod Eraſmus tantum ad anicularum ſuperſtitionem retulit. Sic etiam ex aurium tinnitu ueteres diuinabãt. ἐπαοιδὰς, quas incantationes dixi, puto eſſe, quas in 2. lib comment. Xenoph. ἐπωδὰς uocat, his uerbis: εἶναι μὲν τινὰς φασὶν ἐπωδὰς, αἷς οἱ ἐπάδοντες, οὓς ἂν βούλονται, φίλους ἑαυτοῖς ποιοῦσι. Reliqua non ſunt obſcura, & præter alios Plinius, de uaticinijs & magicis, lib. 30. circa principium tractat.

Vituperat etiam ſpectacula, equeſtria certamina, uenationes, cantores, & omnem procacitatem & maledicentiam, et omnem pugnam & conuiciationem, iniuſtitiam, ac alijs plus habendi ſtudium, & acceptionem uſurarum. Negociatores non recipit, & infimos putat omnium. Oblationes accipit ab ijs qui non agunt iniuſtè, non faciunt contra leges, ſed

Blaſphemiam.

ſed à iuſtè uiuentibus. Mandat aſsiduè preces Deo tranſmittere, cum omni plenitudine, intẽtione, ac genuflexione diebus ordinatis, noctu & interdiu. Celebrant alicubi congreſſus & diebus Dominicis. Non paſsim uerò, ſed apud ramos. Obſeruãt etiã hoc, nõ iurare in uniuerſum, non cõuiciari, nõ imprecari, ex præcepto Saluatoris ipſius: non mentiri etiam, quantum eſt poſsibile. Complures uendunt quæ habent, ac dant pauperibus. Hæc eſt nota ſanctæ huius, cum fide, quæ prius patefacta eſt, atq; hęc inſtituta in ipſa circumferuntur: hæc eſt inquam nota Eccleſiæ, collecta ex lege, Prophetis, Apoſtolis, et Euangeliſtis, ut bonum antidotum, præparatum ad ſalutem utentibus, patre ſic, & filio, & ſpiritu ſancto uolentibus. Hi ſunt * characteres grauis huius Chriſti ſponſæ. Hoc eſt donum, & teſtamentum hæreditatis, & uoluntas ſpõſi eius, et cœleſtis Ieſu Chriſti, Domini noſtri, per quem, & cũ quo, patri gloria, honor, potentia cum ſancto ſpiritu, in ſæcula ſæculorum: Amen.

Id eſt, ſplendidius, q̃ aliàs.

Concluſio.

Notæ.

Fratres, qui ſunt apud nos, omnes ueſtram honorabilitatem ſalutant, maximè

mè Anatolius, qui non grauatus eſt notis & libellis hoc opus contra has hæreſes, octoginta puto, multo cum labore, ac propoſito pulcherrimo concinnare, & corrigere: atq; ſimul Hypatius honorabiliſsimus * Syndiaconus, qui tranſcripſit ex libellis in quaternos ordines chartarum: pro quo etiam rogare dignũ habuiſtis, fratres honorabiliſsimi, atq; amabiliſsimi reuera.

Id eſt, ſocius miniſterij.

Pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, & gratia & ueritas, iuxta ipſius præceptum, ſit cum omnibus uobis, honeſtatis amantiſsimi chari fratres: Amen.

τέλος.

VITVS AMERPACHIVS
Philippo Padnieſskio, uiro doctrina, dignitate ac facundia præſtanti S. P. D.

NOn tam inſignis eruditio tua, Philippe ornatiſſime, ac eloquẽtia, quæ nunc regib. etiã, et Imperatori nota eſt, faciũt, imò cogunt me, tametſi uolẽtem, ut amem ac magnifaciam te, uel inter primos, quàm illa humanitas, & facilitas, ac ſuauitas quaſi tua quædam in dicendo, in faciendo, in uultu, in moribus deniq; omnibus. Ignoti enim, ut ille ait, nulla cupido: cum ſic inſtitutum ſit natura, ut cognitio præcedat animorum commotiones: quæ nos deinde, ut agamus, aut non agamus, incitant, & impellunt. ac ne quidem ab alijs ita potuiſſem ingenij tui tanta bona, tantas quaſi dotes partim naturæ, ac fructus partim laborum & ſtudiorum tuorum cognoſcere, ut ex illa, quam dixi, humanitate. Fuit hæc præcipua cauſa, non doctrina, uel ingenij præſtantia,

tia, quanquam non ſine his, non effecturis tamē hoc ſolis eis, illa ſeparata, ut aſpicerem te propius, hoc eſt colloquerer, unà prande-rem, ac cœnarem aliquando. Hæc etiam effecit, ut uidere poßim, quoties libet, Neruam, Traianum, et ſimiles tantos uiros poſt tot ſecula, cum regibus, principibus, & alijs potentibus. Ac fuit hoc mihi ſpectaculum quaſi quoddam iucundißimum non ſemel ante, quàm in luctum incidi acerbißimum, ac mœrorem ex eo perpetuū, et qui nullam adhuc læticiam ad ſe recipiat, nec temerè ſit etiam admiſſurus. Amiſi enim coniugem, fœminam prudentia, conſtantia, caſtitate, fide maiorem, quàm aut poßit à me, aut debeat in publicum efferri. Magnifaciant alij, prædicent cognationes, affinitates, coniūctiones cum bonis bonos: amico fideli ac honeſto nihil anteponendum cenſeant. Magnæ cauſæ, graues rationes. Ego uerò, tametſi nolim quicquam detractum alijs inter ſe hominum coniunctionibus, longè præ-

pono

pono cæteris omnibus eam (coniunctionem ex religione, ut cœleſtem, non terrenam, excipio) copulationẽ, quæ ut ſingulariter inſtituta eſt à Deo propter conſeruationem generis humani, tum congruentem naturæ, cum ratione, ac uirtute præditis nobis dignam: ita ſi bene cadat, nullam ad hanc uitam cõmodè uiuẽdam habet ſimilẽ. & hoc, ſi non alijs argumẽtis probari poſſet, probaretur ſatis eo, quod in alijs amicitijs, tametſi corporum quædam eſt etiam cõiunctio, non tamen illa eſt, nec debet eſſe tam familiaris, quàm eſt in hac uel amicitia, uel ſocietate. Hinc etiam eſt, quòd Spiritus ſanctus Chriſti & Eccleſiæ coniunctionem cum hac uoluit conferre potiſſimum: non hoc facturus proculdubio, niſi tanquam teſtatum uoluiſſet facere, ab hac reliquas omnes uinci, & ſuperari. An aliarum aliqua ſignum eſt rei tantæ? An præter honeſtatis ac uirtutum exercitationẽ, admirationem, ac mutuam contemplationem, alia procreat homines e-

m 5 tiam,

*tiam,et cōſeruat? Sed Apoſtolus,inquit a-
liquis, anteponit uirginitatē cōiugio: fateor.
fateor & patres hoc facere,ac dicere nonnū
quam,ut hanc ſententiam illuſtrent, coniu
gium replere terram,uirginitatem cœlum.
Sed Paulus ad ſua tempora maximè reſpe-
xit,in quibus ob credentium, et non creden
tium inter ſe commiſtionem longè fuit peri-
culoſius coniugium:et propter fidei feruorē,
ac firmiorem quaſi ualetudinem Eccleſiæ
naſcentis ueram continentiam præſtare fa-
cilius poterant, quàm poſſunt in hac mun-
di, ac hominum ſenectute, ac infirmitate.
Huc enim pertinent hæc, propter inſtātem
neceſſitatem: Qui ſine uxore eſt,ſolicitus eſt
de ijs quæ Domini ſunt:quod facultatem
præbeat ſine impedimento obſecrandi, & ſi
milia. Quare ſic & hoc, Qui nō iungit, me
lius facit,intelligendum eſt: ut locum etiam
habeat illud,* εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησά
τωσαν. κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι, ἢ πυρεῖσθαι,
*ac ita uirginitas replet cœlum, ut non pau-
ciores,*

ciores, adulti ſaltē, ad quos hoc in primis pertinet, ibi ſint coniuges, niſi omnes coniecturæ me fallunt, q̄ aut uirgines, aut cœlibes: cū nō ſyncera etiā uirginitas nec renouationē efficiat, nec æternā beatitudinē: ſed fides per caritatē actuoſa, & rarum eſſe donū uirginitatem res ipſa loquatur. etſi nō eſt dubiū, ut non paucis coniugiū, ſic multis uitam cœlibem eſſe maioris damnationis occaſionē. Quid enim eſt, quo non mali malè, ac ad ſuum, aut aliorum exitium utantur, etiamſi optimum ſit, ac præſtātiſſimum? Sunt quidem in ſacris libris acerbæ grauesq; mulierū uituperationes, unde patres noſtri uidentur aliquando nimium incitati eſſe contra coniugium etiam: non tamen laudes minores & illuſtriores inueniuntur in iiſdem, quas à me recitari nō eſt neceſſe, in hoc maximè loco: & ſatis conſtat, optimos quosq; honeſtiſſimè inter paganos etiā, de ſexu fœminarum ipſo, & ſocietate cum eo tali, hoc eſt coniugio, ſenſiſſe perpetuò. Sed amor in

meam

meam uxorem, defunctam nūc etiam, extorſit hæc mihi: non ſtudium, quod nec ſomniare uelim, diſſentiendi à patribus, aut Eccleſia, cui ſcio non minus parendum eſſe, quàm ipſi Chriſto, qui regit eam, nec unquam deſerit. Quod autem Eſſæi uoluptates omnes aſpernati ſunt apud Iudæos, nec duxerunt uxores, coniugium non damnando, ac eam penè uitā uixerunt, quam nunc uiuūt in cœnobijs optimè conſtitutis, ut Euſebius ex Porphyrio ſcribit: cum tamen ab Epiphanio recitentur inter hæreticos, alijs cogitandum & explicandum relinquo: & reuertor ad inſtitutum, à quo ſum digreſſus. Tuæ uirtutes, quæ magnæ ſunt, Philippe, ac humanitatis erga me officia, me compulerunt, ut cùm per haſce Natalitias ferias incidiſſem in hiſtoriam de Chriſto, plenam admiratione, ac eam conuerterem in Latinam orationē, ut aliquid hoc tam Auguſto & ſacro tempore quaſi litarem pleni us Redemptori meo: ſimul tui ueniebat in

mentem,

mentem. cumq́ orationes Chryſoſtomi non-dum in officinam eſſent miſſæ, tametſi du-dum paratæ nunc, ob alias occupationes & moleſtias, hoc ſcriptum ſubijciendum eis du xi, ac ei præponendā hanc animi noſtri qua lemqualem erga te ſignificationē, donec ob lata eßet melior ac uberior hoc faciendi oc-caſio. Nolim hoc à te accipi, aut haberi loco dedicationis, cum ineptum eſſet æquè longā penè hanc eſſe, ac eſſet ipſum opus: niſi tamē ſint cauſæ, cur ita facere tibi libeat. Nā eſ-ſe difficilis ego in re tantilla nec debeo, nec ſo leo. Volui proponere in publicum hiſtoriā illam admirandam: præcipuè tamē tibi, ut ptiuatim ſaltem ſcriberes mihi, quid ea de re tibi homini docto & acuto uideretur. Quod ſi uolent idem alij facere, facient mi-hi pergratum, ac à ſtudio pietatis minimè, ſi non erro, alienum. Etſi enim liber hic, un de hiſtoria ſumpta eſt, magnam habet au-ctoritatem apud eruditos, ac factum ſic eſt narratum, ut nemo non uideat magnā hoc

in ſe

in ſe cõtinere ſpeciẽ ueritatis: ego tamẽ hæc duo miror nõ leuiter, quomodo potuerit à Deo permitti, ut beata Virgo ſic tractaretur ab obſtetricibus, ut ſolet nonunquã tractari, de quarũ integritate ambigitur: cum nõ putẽ ex intuitu ſolo in eius rei certã cognitionẽ ueniri poſſe: cumq; ut ſummum Iudæi ſcelus & blaſphemiam ſemper deteſtati ſint eo tẽpore, Meſsiã etiã credere natura Deũ eſſe: ac id ipſi Chriſto, quòd non obſcurè Dei ſe filiũ eſſe dixiſſet, publicè obiecerint, ut nõ ferendũ flagitiũ: quomodo ſibi ſacerdotes illi, à quibus hic ſcribitur uni ex eis mortuo ſuffectus eſſe, tã certò perſuadere potuerint, Ieſum eſſe Dei filium, ut etiam hoc in tabulas publicas referrẽt. Accedit huc etiam aliud, quod nõ minus penè mouet me, cũ ſcribitur Philippum illum Chriſtianũ abſterritum fuiſſe à Theodoſio, ne rem de codice patefaceret Imperatori: tãtum ideo, quòd nõ metuerent bellum, cædes, & ignominiam, cum nihil efficeretur, ſed pro certo habuerunt

runt

runt hæc futura eſſe. Nam ſi paruerunt Iudæi Romanis, ut hoc ſatis conſtat, non difficile fuit, niſi fallor, codicem illum ſine tumultu, ſine ſanguine, ac propterea ſine duorum illorum periculo, aut malo, in poteſtatem Iuſtiniani uenire, per ipſius præfectos & milites, qui mitti potuiſſent alio prætextu: maximè cum paucis hoc fuerit notum inter Iudæos, ac ideo nihil admodum à multitudine potuerit metui: remq; totam, codicem, locũ, in quo ſignificatur ſeruatus fuiſſe, conſcios & inſcios, Theodoſius cognitam & perſpectam habuerit. Hæc ſunt, humaniſſime Padnieſkie, quorum lectio nonnihil in hac hiſtoria me offendit, ac ea tibi cũ alijs doctis proponenda cenſui, de quibus & cogitaretis melius & diligentius: ac ſi non eſſet moleſtum, uel ad me priuatim, uel ad nos omnes qui ſumus huiuſmodi rerũ diſcẽdarum cupidi, perſcriberetis ueſtrum iudicium, & ſententiam. Ac uelim à te hoc fieri præcipuè, ſicut antè alios tibi factum, &

ex eo

ex eo quæſtionem etiam propoſitam uolo: ac te quæſo per tuam excellentiam, & amicitiam noſtram, ut meum ſtudium hoc, & libertatem quaſi quandam non aſperneris, aut improbes. Eo magis autem in hoc opere ſic tecum libuit agere, quòd non dubitem inter Hoſium & te magnam eſſe coniunctionẽ: ut in ſpem quoq; ſim erectus, utriq; hunc librum futurum & eam ob cauſam acceptiorem: non tantum, quia Cromerũ, et meritò, magnifacitis, & quaſi triumuiratus in regis & regni ueſtri negocijs tractandis cuiuſdam ſocium & collegam habetis. Vale feliciter, ac patere inter amicos tuos me, ut incœpi, aut magis etiam quàm incœpi, eſſe.

Datum Ingolſtati, III. Non. Ianuarij, Anno S. Com.

1551.

HISTORIA DE IESV, APVD *Suidam, interprete Vito Amerpachio.*

TEmporib. maximę pietatis Imperatoris Iuſtiniani, fuit homo quidā princeps Iudæorū, cui nomē Theodoſius erat. Hic multis Chriſtianorum fuit notus, ac ipſi, de quo dictum eſt, fide prædito Imperatori. Sub eadem uerò tempora homo quidā Chriſtianus erat (Philippus ei nomen) ut cōpendio dicam, argentarius. Hic rerum ſuarum Theodoſio conſcius, & uera beneuolentia cōiunctus, hortabatur, et monebat eum, ut Chriſtianus fieret. Quodā ergo die Philippus Theodoſium ita eſt allocutus: Cur nam, cum ſis uir ſapiens, & perfectè ſcias ea quæ lex de Domino Chriſto, & Prophetæ prædicauerunt, non ei credis, & Chriſtianus efficeris? Nam de te ſum perſuaſus, quòd nō ignorans, quæ ſunt à ſcripturis diuinitus inſpiratis prædicta de Chriſti noſtri communis Domini præſentia, recuſes fieri Chriſtianus. Feſtina igitur ad ſeruādam animam tuam, credēdo in Seruatorem,

n &

& Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum, ne, ſi permaneas in incredulitate, obnoxiũ teipſum facias æternæ damnationi. Hęc Iudæus cũ audiuiſſet à Chriſtiano ad ſe dici, probauit eum, & uerbis ei repoſuit gratiam, ac in hũc modũ reſpondit: Accipio tuã beneuolẽtiã, quòd ſalutis animæ curã gerens meæ laboras adhortãdo, ut Chriſtianus fiã. Quare, ut corã Deo, qui nouit ac intuet̃ occulta cordiũ, ſine dolo & ſimulatione uerìſsimè uerba tibi faciã. Aduenіſſe igit̃ à Lege ac prophetis pronunciatũ Chriſtũ, qui adoratur à uobis Chriſtianis, planè ſum ꝑſuaſus, & cõſtãter cõfiteor, ut uero amico meo tibi, et ſemꝑ curãti, quæ ad bene mihi faciendũ pertinẽt: ſed humana ratiocinatione impeditus, nõ fio Chriſtianus: ac in his me ipſum dãno. Princeps nũc ſum Iudęorũ, quãdo ſum Iudæus, et honore magno, ac multis munerib. atq; omnib. ad hãc uitã neceſſarijs utor, fruorq́;. Suſpicor aũt, neque ſi patriarcha fiã Eccleſię Catholicę, aut principatus maiores, ac dignitates nanciſcar à uobis, tanta me obſeruãtia dignũ habitũ iri. Ne igit̃ excidã ijs quæ in hac uita uidẽtur afferre poſſe delectationẽ, futurã uitã negligo, malè hoc faciens.

Vt

Vt aũt probẽ tibi dilecto mihi meã orationẽ, arcanũ tibi credo, quod apud nos Hebræos abſtruſum eſt, cũ pfecte cogni tũ habeamus Chriſtũ, qui à uobis Chriſtianis adoratur, ipſum eſſe, qui à Lege et Prophetis prænũciatus eſt nõ tantũ ex ĳs quæ ante ſcripta ſunt, uerũ etiã ex deſcri pto apud nos, & recondito arcano. Sic aũt habet arcanũ. Antiquis tẽporibus, cũ templũ Hieroſolymis conderet, cõſuetu do erat apud Iudęos, numero ęquales no ſtris literis, quæ ſunt uiginti duæ, ſacerdo tes in tẽplo cõſtituere: unde uiginti etiã duos libros diuina inſpiratione factos numeramus. Codex ergo repoſitus erat in tẽplo, in quo inſcribebat uniuſcuiuſq; duorũ & uiginti ſacerdotũ nomẽ: & patris eius nomẽ, ac matris. Aliq igit ex eis mortuo, cęteri cõueniebãt in tẽplo, & aliũ cõmuni decreto cõſtituebant in locũ eius qui deceſſerat, ſupplẽtes duorũ et uiginti ſacerdotũ numerũ: ac inſcribebant codici diẽ, q is uitã finĳſſet, cum patris et matris nomine, quiſq; lectus eſſet in eius locũ, & parentũ eius nomina. Cũ itaque hic mos obtineret in Iudęorũ gente, cõtigit tẽporib. illis, quib. in Iudęa Chriſtus uerſabatur, ut unus uiginti duorum

ſacerdotum uitam finiret antè, quàm ſe Chriſtus patefaceret, ac doceret homines, ut in ipſum crederent. Conuenerũt itaque reliqui ſacerdotes, ad creandum aliũ pro mortuo ſacerdotẽ, ac unoquoq; dignũ, prout ab ipſo crederetur, qui fieret ſacerdos, proponẽte: cęteri, ut parum inſtructum uirtute, cuius gratia deberet fieri ſacerdos, repudiauerũt. Cum enim ſapiens eſſet moribus, & uita utilis, in ignorantia uerò Legis & Prophetarum conſtitutus, ad ſacerdotium indignus iudicabatur. Sic igitur multis factis per ſuffragia ſacerdotibus, et omnibus reiectis, quidã ex eis erectus, in mediũ procedit, ac dicit reliquis: En, multi à uobis nominati, ſunt inuenti non cõuenire ſacerdotio. Feratis ergo & me de uno dicentem homine, qui ſit mortuo ſacerdoti ſufficiendus. Opinor autem nemini ueſtrûm non placiturum eſſe factum à me decretum. ac hortantibus reliquis eum ſacerdotibus, dixit: Ego in mortui ſacerdotis locũ uenire uolo Ieſum, filium Ioſephi fabri, ætate iuuenem ſanè, uerbis autem, ac uita, & moribus commodè ornatum: ac puto neminem ex hominibus unquã eſſe

eſſe conſpectũ oratione, uita, moribusq́ talem, qualis hic eſt: ac opinor hoc uobis omnibus Hieroſolymis habitantib. notum eſſe, nec ab ullo poſſe contradici. Hanc orationem cum reliqui ſacerdotes audiuiſſent, uirum ſunt complexi, atque decretum confirmauerunt, Ieſum cõfeſſi omnium eſſe hominũ aptiſsimum ad ſacerdotium. Quidam autem eum nõ eſſe de tribu Leui, ſed Iudæ, ac filium Ioſephi dicebant. Sic enim apud Iudeos iure cognitum erat, Ioſephum ex tribu Iudæ, non ex Leui tribu deduci. Omnia teſtabantur: ac ideo, quòd non uideretur ex tribu Leuitico eſſe, prohibebant eum ſacerdotem fieri. Sacerdos uerò, qui nominarat eum, reſpõdit eis, ac dixit: Eius genus mixtum eſſe. Nam olim factam eſſe tribuum duorum commiſtionem uetuſtis ætatibus, indeq́ Ioſephi genus duci. Hoc audito, reliqui ſacerdotes approbauerunt decretum: & communi conſilio uiſum eſt omnibus ijs qui conuenerant, Ieſum cõſtituere pro ſacerdote mortuo. Cum autem haberet conſuetudo, non tãtum nomẽ eius, qui fieret ſacerdos, in codicem referri, ſed etiam patris ac matris

eius, dixerunt quidam eorum, eſſe accerſendos prius parentes, ac ab eis diſcenda ipſorum nomina. Cæterùm exponendũ eſſe ab eis, an ſit ipſorum filius, qui ſit ad ſacerdotiũ declaratus. ac placuit hoc omnibus. Is igitur qui nominatim Ieſum, ut ſacerdos fieret, antè propoſuerat, Ioſephum dicit patrem Ieſu deceſsiſſe, ac ſolã huius matrẽ uiuere. Conſenſerũt itaque omnes, ut matrem eius in concilium ducerent, ac ab ea diſcerent, an eſſet mater Ieſu, & an eum peperiſſet ipſa: & audirẽt eius uiri nomen, unde Ieſum peperiſſet. Cumque hoc placuiſſet cunctis, uocauerũt matrẽ Ieſu, ad eãque dixerunt: Quãdo ille ſacerdos mortuus eſt, huius & huius filius, & uolumus filiũ tuum Ieſum ei ſurrogare: mos aũt eſt, patris & matris nomẽ deſcribi, dic nobis, an ſit Ieſus filius tuus, et an eum pepereris? Maria, cũ hęc audiuiſſet, reſpõdit ſacerdotibus in hunc modum: Fateor quidem Ieſum eſſe meũ filium: ego enim eum peperi, ac mihi teſtimoniũ dant uiri & mulieres, qui tum fuerũt, cum eum parerẽ. Quòd aũt patrẽ nõ habeat in terra, plenam cognitionem à me ſumite, ſi uultis. Cũ enim eſſem uir-

go, &

go, & in Galilæa uerſarer, angelus Dei, me uigilante, non dormiente, ingreſſus in domum, in qua eram, bonũ hoc nunciauit, è ſpiritu ſancto me parituram eſſe filium, cuius nomen Ieſum facere mandauit. Cũ igitur eſſem uirgo, & hoc uiſum uidiſſem, concepi, & peperi Ieſum ita, ut manſerim uirgo ad hodiernum uſq; diẽ, etiam poſtea, q̃ peperi. Hæc ubi ſacerdotes audiuiſſent, uenire iuſſerunt fideles obſtetrices, & commiſerunt eis, ut explorarent, uere'ne adhuc uirgo eſſet Maria. Quæ plenam fidem ex rebus nactæ, uirginem eam eſſe affirmauerunt. Acceſſerunt etiã, quæ adfuerant, ac uiderant eã parientẽ, Ieſum eius filium eſſe teſtantes. Obſtupefacti autem ſacerdotes ob ea quæ dicebantur à Maria, quæ'que ab ijs qui dederant ei teſtimonium de partu, Mariæ dixerunt: Dic nobis audacter, ut percipiamus ex ore tuo, cuius ſit, & cuius filius, ut ſic à nobis deſcribatur. Quos enim parentes eius dixeris nobis, eos deſcribemus, & non alios. Hæc reſpondens ait: Ego uerè ipſum genui, patrem eius in terra ſciens neminem: ſed audiui ex angelo, filium eſſe Dei. Filius

igitur meus eſt, quæ Maria uocor, & filius Dei: cũq́ nulli nupſerim, uirgo ſum. Hæc ut audiuerũt ſacerdotes, in librum inſcripſerunt ita, ut exprimerẽt, quo die ſacerdos eſſet mortuus, quæ eſſent ipſius & parentum eius nomina, quodq́ in eius locum ſuffeciſſent communi decreto Ieſum filium Dei uiuentis, & Mariæ uirginis. Et hic liber ex templo ereptus, & conſeruatus eſt ab ijs qui abſtulerunt apud Iudæos, primo tempore captiuitatis Hieroſolymorum cum tẽplo, ac Tyberiade eſt repoſitus: & eſt hoc arcanũ paucis omnino, & fidis noſtræ gẽtis notum. Quam ob cauſam & mihi patefactũ eſt, ut principi, ac doctori gentis Iudęorum. Non tantum igitur ex Lege, ac Prophetis plenam & certam cognitionem habemus, Chriſtum, qui adoratur à uobis Chriſtianis, ipſum eſſe filium Dei uiuentis, profectum in terram ad mũdi redemptionem: ſed etiam ex deſcriptione, quæ in hodiernum uſq; diem conſeruata eſt, ac Tyberiadi repoſita. Hęc ad ſe dicta ubi Chriſtianus audiuiſſet à Iudęo, motus ardore diuino, dicit ei: Statim, & rectà referam, quæ dixiſti, ad fidelem &

pium

pium Regem, ut mittat Tyberiadem, ac proferat codicem, de quo dicis, ad reprehenſionem Iudæorũ. Sed Iudæus dixit ad Chriſtianũ: Quare uis animę tuę damnationem accerſere, ac ad Regem etiam transferre: nec id, quod opera datur, adſequi? Nam ſi tale factum fuerit aliquid, magnum bellum conflabitur, & ſequentur cædes. Ac, ubi ſe opprimi uidebunt, locum, in quo repoſitus eſt codex, incendent: fruſtraq́ꝫ nos laboramus, quando non conficietur, in quod à nobis incumbitur, ac ſolum ſanguinis effuſionẽ procurabimus. Hęc enim tibi, ut genuino amico, patefeci, ut fidem tibi facerem non ex ignorãtia me repudiare Chriſtianiſmum, ſed ex inani opinione. Hæc poſtquàm audiuiſſet à Iudæo Chriſtianus, et uera eſſe, quę dicta erant ab eo, credidiſſet Imperatori quidem eam orationem non aperuit, ne diuino feruore fidelis ille ac magnus Rex moueretur, et curaret ſanguinis effuſionem fieri: nec tamen & ſic, in quod opera daretur, facinus tã inſigne perficeretur: ſed multis notorum & amicorũ eum ſermonẽ detexit. Eum nos cũ ab ijs qui audiuiſſent à Philippo

argentario, cuius facta eſt mentio, didiciſſemus, non paruam adhibuimus curam, dum ſcire uellemus, an eam orationem Iudęus de illa deſcriptione certò habuiſſet. Inuenimus ergo Ioſepũ ſcriptorem occupationis Hieroſolymorũ, cuius multam Euſebius Pamphili mẽtionem ſacit in hiſtoria, quam edidit, Eccleſiaſtica, dicentem apertè in ſuę captiuitatis cõmentarĳs, Ieſum cum ſacerdotibus rem ſacram feciſſe. Hoc cum apud Ioſephum inueniſſemus, uirum uetuſtum, & qui non multo poſt Apoſtolorum tempora fuiſſet, quæſiuimus in ſcriptis impulſu diuino confectis, à quo talis oratio confirmaretur. Inuenimus igitur in Euãgelio, quod à Luca eſt conſcriptum, intraſſe Ieſum in Synagogam Iudæorum, & librũ ei datum eſſe: cumq; legiſſet prophetam Eſaiam dicentẽ, Spiritus Domini in me, propter quod unxit me, ut bonũ & fauſtum nunciem pauperibus miſit me: ratiocinati præterea ſumus, niſi locum habuiſſet in adminiſtratione rerum ſacrarum apud Iudæos Chriſtus Ieſus, non datum ei fuiſſe librum, ut legeret eum populo. Nec enim apud nos Chriſtianos

nos licet in Eccleſia legere populo uolumina, quorum Dei ſpiritus auctor eſt, niſi quis in clerum, hoc eſt claſſem & ordinem conſtitutorum ad curanda ſacra ſit receptus. Ac ita ex ijs quæ narrata ſunt à Ioſepo & Luca Euangeliſta, cognouimus Theodoſium Iudæum, quem diximus, non finxiſſe, quod expoſuit Philippo illi argẽtario, ſed uerè certoq́ʒ, ut ſyncero amico, Philippo arcanum, quod apud Iudæos occultatum eſt, credidiſſe.

FINIS.

A

RERVM ET VERBORVM IN præcedentibus libellis memorabilium INDEX.

Abiſ 148
Abrahæ cum Sara coniuge quæ moleſtiæ toleratæ 109
Abraham quo pacto filio uxorē acceperit. 109. 110
Achabi improbitas 41
Adami creatio 152
Adamo quomodo profuerit ipſius lapſus 3
Adamum fuiſſe peccaturum, etiam non tentatum à diabolo 3
aduerſario ſublato, à quo exerceantur, bonos lædi 2.6
adultera, nullius uxor. 107
adulteram, domum inducere, extremæ amentiæ 107
adulterij pœna 105
Aegypti ciuitatū ſuperſtitiones 147
Aegyptiorum prophetæ. 147
ἀειπάρθενος 152
aer, rerum principium. 134
Agar ancilla Abrahæ. 129
allegoria 118
amicorum uulnera, inimicorum oſculis potiora. 19
amuleta 179
ἀνακεφαλαίωσις 128
anachoretæ 176
ἀναγωγὴ 118
anagogia eod.
Anatolius 182
Anaxagoras Clazomenius 134
Anaximander Mileſius. 134
Anaximenes Mileſius. 134
angelorum, diuinæ communionis tēpore, precatio cuiuſmodi 64
anima agēdi cupida, ocio ne permittatur 76
anima noſtra cur inmortalis à Deo creata 79

anima

animæ cultus cuiuſmodi eſſe debeat 76
animæ neglectus præ corporis cura 77
animæ partes 137
animæ trepidatio malè ſibi conſciæ 78
animæ uitijs mãcipatæ periculum 75
animæ unius iactura totius mũdi precio incomparabilis 74
animam cur unam tantum ſingulis Deus dederit. 75
animi humilitas. unde Humilitas
animum oblectaturo quid agendum 102
ante feſtum 172
Antinoi nemora 147
Antiſthenes 138
ἀπογηθισμοὶ 178
aqua rerum principium Thaleti 233
aquæ allegoria 156
arbitrij libertas 1
Arceſilaus 139
Archelaus phyſicus 134
Ariſtippus Cyrenenſis. ex 137
Ariſtoteles Stagirites. 139
aſſentatorum diuitibus acclamantium deteſtatio 17.19
Aſti apud Aegyptios. 145
Athenodorus Tharſenſis. 141
auaritia fermentum uetus 34
auaritiæ deteſtatio. 33. inde
auarus omnib. hoſtis. 39. 40
auari deſcriptio 39
auari diuitis execrabile exemplum 42
auaro nihil ſatis 45
auari dæmonum in uexandis hominibus adiutores 44
auari feris etiam deteriores. 44 et dæmones. ibid.
auarorum luxus 46
auarorum oblationib. Deum offendi magis. 35. 36
auaris nihil ærumnoſius. 38.39.40
Aurium tinnitu diui-

natio

natio cuiuſmodi 180

B

Babylonij magi 147
Bacchi feriæ et ſacra. 146
baptiſmus 175
baptiſmus pro circumciſione 179
baptiſmi allegoria 156
baptiſmi purgatoria potentia 161
barbarorum de Ro. theatris apophthegma. 102
Barſa. Berſa rex 130
Bathea 146
beſtiæ ebrijs et luxui deditis meliores 55
bonus nullus abſq; peccato 91
bonorũ præſentiũ obiectu diabolum nobis æterna adimere 26
bonis certa merces, ut pœna malis, parata 10
bonos lædi, cũ aduerſario carent, à quo exerceantur 2.6
Brachmanes. 142 (uit. 145
Buticus lacus. Butus ci-

C

Caini exemplum 35
Cainum quare Deus, cum peccaßet, nõ ſtatim ſuſtulerit 5
Canonici clerici, uerius aſoti appellandi 172
Canticorũ Salomonis locus explicatus. 117. 119
Carneades 139
caſtrantes ſeipſos 149
caſu & temerè ferri præſentia non putanda. 14
Cereris ſacra 143. 144
Cetura Abrahæ concubina 129. 130
Chodorlahomor rex. 130
χρήματα 28. 24
Chriſtus αὐτοτέλειος, αὐτόθεος, αὐτοδύναμις. 154
Chriſtus ueræ animi humilitatis typus 83. 87
Chriſti ad inferos deſcẽſus & reſurrectio, etc. 158
Chriſti didrachma Petrũ pro ſe & ipſo ſoluere iubentis hiſtoria explicata 87. 88
Chriſti humilitas 83
Chriſti natiuitas cuiuſmodi 154. 155
Chriſti paupertas 25

Chriſti

Chriſti ſanguis 152
Chriſti uerũ corpus. 152. 153. & mens uera 153
Chriſtum nobis carnẽ ſuã reliquiſſe, ut Heliã Heliſæo ouillam ueſtẽ. 31
Chryſippus Solenſis. 140
Chryſoſtomus diuitiarum abuſui infeſtus. 20. 40. 41
Chryſoſtomi, in non temerè porrigẽdo cuiuis Domini ſãguine religio 71
cibis & potu quatenus utendũ. 53. 54 (mile. 53
de cithara et corpore, ſi-
de Citharœdo, & Deo per uerbũ ſuum ad ſe homines uocãte, ſimile 60
ciuitatem diuitib. carere poſſe. pauperib. non i-
Cleanthes. 140 (tem. 24. 25
κλυδωνισμοί. κλύζειν. 180
cœlibatus quorundã impurus 187. 188
cõmunionis diuinæ tẽpore cuiuſmodi precatio angelorum 64
cõmunionis neglectus. 65
65. (tiſſ. arcẽdi. 69. 70
à Cõmunione q ſacra po-
cõmunione ſacra utẽtes, qui probandi 67
confeſſio 161
et Congregando unde nõ oportet, & diſpergendo ubi nõ conuenit, æquè Deum iritari. 47
congreſſus fieri in eccleſia, pro miſſas ſiue cœnas Domini celebrari. 172
cõiugiũ an uirginitate minus gratũ Deo. 186. 187
coniugij contrahendi ſcopus ueterib. cuiuſmodi.
coniugij lex à Paulo præſcripta 104 (110
cõiugũ amor mutuus. 109
coiungũ inter ſe cãmoda coniunctio omnib. alijs præſtãtior 185
cõſcientia ꝑpurgata præditus, uerè beatus 27
conſcientiæ calculus 41
continentia 165
corauſtum 121
Corn. Ceturionis eleemoſynæ et preces abſq; fide nihil

nihil ad ſalutem profuturæ 73
coronæ plures apud inferos, quàm galeæ. prouerb. 171
corpus cur è terra nobis à Deo datum 76
corpus moderato uictu ſuſtentandum, non obruendum 58
corpus non ſaginandum. 53
corporis & ſanguinis Dominici reum eſſe, quid. 68
corporis quanto maior quàm animæ habeatur cura ac ratio 77
corporis uenuſtas, ſepulchrum calce illitũ. 103
Corrhitides feriæ 146
crapula diuitum 48. 49
crapulam quæ mala conſequantur 50. 51
Crates Thebanus 138
Critolaus Phaſelites. 139
curioſitas circa aliena, in ſeipſum conuertenda. 13
cupido nihil crudius 38

D

dæmoni nihil ita amicum, ut luxuria et edacitas 54
dæmonum adiutores in uexandis hominibus, auari & raptores 44
cum Dæmonibus luctaturo, non indulgendum crapulæ 53
Daphnenſes 142 143
Daphnus opp. Daphnuſa inſ. 143
Deitas, perfecta ternitas. 162
Δημήτρεια 143
Democritus Abderites. 135. 136
deuotio 165
Deus in afflictionibus laudandus 90. 91
Deus in rerum perturbatione non temerè accuſandus 7
Deus magis metuendus quàm homines 71
Deus quantã iniuria affectorum curam agat. 48
Dei ciuitas, ecclesia 116
Dei cõſilia inquirere, hominibus

minibus neq; poßibile, nec utile 5.6
Dei opera admiranda. 13
Dei patientia non incuſanda 10.11
Dei prouidentia non incuſanda 14
Deũ mutatione etiam eos qui ipſi non credũt ſeruari uelle 6
Deum propè adeſſe iniuriam patientib. etiam non uocatum 34
de Deo confeßio eccleſiæ catholicæ 150
à Deo nobis adminiſtrari omnia utiliter 5
Deo ſalutem noſtram magis quàm nobis ipſis eſſe curæ 11
δευτερογαμία 167
δευτερόγαμος 166
diabolus aduerſitatum autor hominibus bonis cur 92.93
diabolus calumniator 2
diabolus ſibi malus, non nobis 2
diabolus quare non ab initio ſtatim à Deo deletus 1.3.6.10
diaboli aſtu bona nobis præſentia obijci, ut amittamus æterna 26
diaboli tentationes quomodo ſuperandæ 32
per Diabolum nos multa etiã bona conſequi, ſi uelimus 2
diabolum quare Deus, ut nos uexet, reliquerit. 10
à Diabolo nõ ſuperari niſi uolentes 1
diaconiſſæ 169
διμοιρῖται 153
Diogenes Cynicus 138. Babylonius. 141. Smyrnæus 136
diues à paupere quo differat 22
diues, & raptor, diſtinguenda 20
diues miſer & captiuus. 29
diuitis auari exemplum. 42
diuitis & Lazari collatio 14
diuites non minus indige

re pauperibus, quàm pauperes diuitib. 24
diuites non poſſe regnum Dei intrare, ſententia Euangelica probè expendenda 26
diuites præter meritum, non temerè æmulatione digni putãdi. 14. 22
diuitum menſæ cuiuſmodi 48
diuitiæ auaro idẽ quod furenti gladius 39
diuitiæ cur tales uideantur, quæ magno ſtudio ſint cõſectandæ. 15. 16
diuitiæ fugitiuæ, improbæ, homicidæ, &c. 19, 21
diuitiæ, improbus ſeruus. 18. 19
diuitiæ non bonum æſtimandæ. 27. non colendæ 21
diuitiæ præſentes uelut ſomnij imagines. 26. 27
diuitiæ uitiorũ tantũ, nõ uirtutum cauſſæ. 16. inde.
diuitiarũ abuſui infeſtior D. Chryſoſtomus. 20 40. 41
diuitiarum fluxa poſſeſſio 21. 22
diuitiarum uis nulla 27
diuitiarum uoluptas & honor cuiuſmodi. 48
diuitiarum uſus optimus cuiuſmodi 30
diuitias eos q malè ipſius utuntur, prodere. 20
diuitias eſſe feras: ſi contineantur, fugere: ſi ſpargantur, manere 21
diuitias ex hominib. facere feras et dæmonas. 41. 42. 43. 44
dolentib. eſſe ſolatio, malorũ ſuorũ ſocios reperire. 97
(ſabbatũ. 179
Dominica dies, magnum
in Dominica non ieiunãdum 173
dominiũ rerũ neminẽ habere, ſed uſum tantũ. 22

E

Ebrietatis mala 55. 56
ebrietatis mãcipia cuiuſmodi 55
ebrietatis uincula 49

ebrie-

ebrietati addictorum dementia 57
eccleſia Chriſti, ſancta Hieruſalem, uirgo & ſponſa Chriſti, mater noſtra, &c. 114. 115. una colũba, ſancta uirgo, &c. quæ 150
eccleſia, Dei ciuitas. 116
eccleſia Dei nihil potentius. 65. nunquam ſeneſcit. eod.
eccleſia non fruſtra adeunda 62
eccleſia non pro lupanari habenda 62
Eccleſiæ fides catholica cuiuſmodi. 150. 151. inde. & 161
eccleſiæ non minus parendum quàm ipſi Chriſto 168
eccleſiæ nota 181
edacitas dæmoni amica. 54
edacitas execrabilis 58
eleemoſyna 179
eleemoſynã appellari perperã, alijs per inuriam abrepta ſi egenis diſtribuantur 56
ἐλευσίνια, Eleuſinia ſacra 143. 144
Empedocles Agrigentinus 136
ἐνανθρωπήσας. 154. ἐνανθρώπησις 155. 157
ἐνανθρωπεῖσθαι 155
ἐνδελέχεια. ἐντελέχεια. 139
ἐπαοιδαὶ 180
Epicureus 141
Epiphania plurali numero 172
Epiphaniorum die non licere ieiunare 172
Epiphanij de hæreſib. libri compendium 163
Epiphanij granditas Aſiatica 118
ἐπῳδαὶ 180
Eſſæorum cœlibatus 188
Eua 144
Euilei 147
εὐλόγιστοι 170
Eutropij fortuna miſerè mutata 18. 19

F

Facta egregia, humilitate præcipuè cõmẽdari. 69

fames & ſitis opt. condimentum 49
fauces cur à Deo datæ. 57
fides catholica 150
abſq; Fide operibus neminem beari 72. 73
frumenti aſſeruatores, ad augendũ preciũ, execrabiles 42
fuco illitas facies ſolis radijs argui 17
fuſus in ſacco non tegitur, prouerb. 171

G

Gazareni 147
gehenna ad quid parata à Deo 10
Gelorum mores 143
gemitus iniuriam patientium, ualidiſsima contra iniurios arma. 48
Græcorum *hæreſes et uaria ſacra* 143. 144
Gymnoſophiſtæ 142

H

Hæredes *etiam malè partorum puniri* 35
Harpocratis *cultus*. 145
Hecatæ Tithrambi *ſacra*. 147
Hegeſias Cyrenenſis. 138
Helias *duplex* 31
Heliæ *paupertas*. 25. 30. *ueſtis ouillæ pellis. ibid.*
Heliſæo *relicta ueſtis ouilla ab* Helia 30. 31
Heliopoliticæ *feriæ* 146
Helleniſmus 127
ἐνοιῶ, ἐνωσις 154
Heracletus Epheſius. 137
Heuia 145
homificatio 155
homo cur ex duab. ſubſtãtijs conditus à Deo. 80
homo è terra factus 8
hominis creatio cuiuſmodi 81
hora nona 171
hoſpitum pedes lauare, etiam nobilium & diuitum officium 82
humilitas animi uera qualis 86. 87
humilitas Deo *grata* 89
humilitatis animi commẽdatio 79. 80. 83
humilitatis animi typus Chriſtus 83. 87
humilitatis ſuperbia cuiuſmodi.

iuſmodi 84
humilitatis ueræ uis quãta 85
humilitate potiß. commendari egregia facta 89
hydriarum ſex in Cana Galileæ, &c. myſterium 120.121
Hypatius ſyndiaconus. 182
hypodiaconi 167

I

Iacobi peregrinatio, & lapide capiti ſuppoſito dormientis exemplum 85.86
Iberes gemini 143
ieiunij ordinarij cauſa. 170
ἱερωσύνη 169
ignoti nulla cupido 183
improbi non æmulandi. 54
incantationes 180
incantationes ægrotantibus non admittendæ. 94
infinitum rerum principium 134.135
infirmũ lædi ab omnibus etiam remedijs 7
ingluuies diuitũ execrabilis 49. inde
ingluuiei mancipia 55
inhumanatio 154.155
iniuriæ uindex Deus. 34
iniuriam pati, ualidißima pauperum arma. 47
iniuria affectorum ſummã curam agere Deũ. 48
inſomnia terribiliora ex ingluuie 55
inſtituta uitæ diuerſa, & in ijs quid potiß. obſeruandum 177
Iobi caro ſancta & pura 89. eiuſdem plaga incõparabilis, & patientia. 31.32.90.92
Iobi coronæ, patientiæ et fortitudinis 33
Ioppenſis puella à pauperibus exuſcitata 112
Iſaaci humilitas Deo grata 84
iudicium Dei noſtro iudicio non præuenien-
 dum

dum 11
λατρεία 174

L

latronis in cruce fides. 72.73
Lazarus diuitis accuſa-(tor. 36
Lazarus quot uirtutum certamina ſubierit. 98
Lazari & diuitis collatio 14 (plum. 91. 95
Lazari & diuitis exem-
Lazari exemplum cur à Chriſto nobis propoſitum 98
lectorum ordo 169
legati uox ab Epiphanio uſurpata 129
Leucippus Mileſius 135
liberis nihil dulcius 102
lingua dentib. cohereēda ne conuicietur Deo. 94
linguæ hominis cōſtitutio qualis à Deo fabricata. 81
linguæ uſus & abuſus 7
Lugemundus 168 (54
luxuria dæmoni amica.
luxuriæ certiſs. comites, graues morbi 51
luxuriæ cōcupiſcentia omni ſcorpione & ſerpente uenenoſior 52
luxuriæ uincula 49
luxus auaritiæ comes. 46
luxui deditus porco & lymphato deterior. 54
luxu affluentium immedicabilis interitus 51
lymphato nō minus auerſandus luxui deditus. 54

M

Magi 147
Magodia regio 131
magorum munera 131. 132
Maguſæi 147
malè parta etiam pauca, ſæpe quamuis multa bene repoſita eijcere 34
malus nullus abſq; iuſtitia 91
malorū tolerantia in Deo admiranda, non culpanda 11
malis certa pœna, ut bonis merces, parata 10
manſuetudo quid 84
manus cur nobis à Deo factæ 43

manus & pedes nobis à Deo dati, ne ſeruis indigeremus 23
manuum uſus et abuſus. 7
martyrum memoria non ſegniter celebranda. 59
medicorum oſtentatio. 99
Meliſſus Samius 135
membra quædam cur duplicia nobis Deus dederit, animam uerò unam tantum 75
Memphiticæ feriæ 146
mens noſtra an ſubſtantia 153
menſæ nimio luxu inſtructæ, uenenatis deteriores 51. 52
mentis oculus corruptus cuiuſmodi 8
Menuthitis 146
meretrix prælata pauperi 47
meretricibus adhærentiū pericula 101. 102
Metrodorus Chius 136
miſſæ in primitiua eccleſia non ſine diſtributione ſacramenti fieri ſolitæ 174
monaſteria 176 (169
monogamia 166. 167.
morbum patientia leuiorem reddi 93. 94
morbis è luxu & ebrietate natis, neminem cōdolere 52 (175
mortuorum procuratio.
muliebris pulchritudinis ſtulta admiratio 103
mulierū aduerſus priores mariti uxores æmulatio 108
mulierū cōtinentia cōmēdabilis in primis 107
multiplicatio arithmetica 121
mūdū abſq; gubernatore iādudū corruiturū. 12
mundi gubernatio curæ Deo. 12
Myſi 148

N

Naturæ ſuæ cōtemplatio ſuffieciēs doctrina 80
de Naui ad mūdi fabricā ſimile 12
νεκροφάγοι 142
negociatores ab eccleſia non recipi 180
in Nomen accipere 117

noſſe ſeſe quid 83
nouercarum æmulatio. 108
numerorũ obſeruatio religioſa apud ueteres 5.
ſcripturæ interpretes. 123
nuptiæ alteræ ut nõ damnandæ, ita prioribus potius acquieſcendũ. 107
nuptiæ alteræ ſæpe rixarum occaſio 107
nuptiarum choreis diabolum in medio laſciuire 111
nuptiarum uera magnificentia, uocatis pauperibus 111
nupturis tantum ſpectari opes 110.111

O

Oculus cur à Deo factus. (7
oculus dexter ſalit, prouerb. 180
oculi hominis conſtitutio qualis à Deo fabricata 82
oculi uſus & abuſus 7
de Oculo ægroto ſimile. 8
œconomia 174
olearum ramis protenſis, reges miſericordiæ et humanitatis admoneri ſoliti 64
omina 180
εἰς ὄνομα λαμβάνειν 117
ὀνομαστὸν 117
operibus abſq; fide nitentes, mortuorum reliquijs ſimiles 72
opes. uide Diuitiæ
opes malè partæ uel reddendæ quibus ablatæ ſunt, uel pauperib. diſtribuendæ 35
ὀφθαλμοδουλίαι 178

P

παλμικὸν οἰώνισμα 180
παλμῶν παρατηρήσεις. 180
Panætius Rhodius 141
panis allegoria 156
panis grauatus 178
παρατηρήσεις 180
Parmenides Eleates 135
patientia in aduerſitatibus uinci diaboli malitiam 92.93
patriarchæ, patrum principes

cipes 132
patriarchia, patria dominatio 119
Pauli lex coniugib. præſcripta explicatur. 104. 105
D. Pauli locus 167
pauperes in nuptijs uocādi, ut Chriſtus interſit 111. 112
pauperes præ luxu negligi. 46
pauperum maior in ciuitate, quàm diuitum uſus 25
pauperum menſæ quanto diuitum menſis lautiores 49
pauperum neglectus. 46. 47
pauperum ualidiſſima arma, gemitus et lamentationes 47
pauperum uſus diuitibus æquè, ut illis horum, neceſſarius 24
ut Pauperibus largiaris, non rapienda aliena. 46
paupertatis contra diabolum inuicta arma 31
peccantes non uſqueadeò auerſari Deum, ut eos qui poſt peccatum nō contrahuntur 62
peccatum ſolum metuendum 21
peccatis aliorum conniuere, quantum malum. 70
à Peccatis nemo immunis. 59
pecunia quomodo poſſidenda. 28 45
pecuniæ amor & contemptus cuiuſmodi 45
pecuniæ poſſeſſionem cur incertā fecerit Deus. 30
pecuniæ ſeruo nihil inſipientius 29
pecuniæ uſus. 27. 28. optimus cuiuſmodi 30
pecuniæ cur χρήματα Græcis 28. 44
pecuniarū iactura æquo animo ferenda 31. 32
pedum uſus & abuſus 7
Pentecoſte quid 171
Pentecoſte à ieiunio & genuflexione libera. 171. 172
peregrinandi mos antiquorum

quorum cuiuſmodi. 86
Perſeus philoſophus. 140
phallariſſantes mulieres. 144
Pharbethi ſacra 147
pheleg. phelegeſtha 125
Pherecydes 134
Pherephatte. φερεφάττιον 144. 143
philoſophi cuiuſdam apophthegma 105
philoſophi cuiuſdã egregium factum 74
philoſophorũ uariæ de rerũ principijs opiniones. 136
pietatẽ prodi, incantationib. & præſtigijs ægrotãti adhibitis. 94. 95. 96
Platonis de rerum principio ſentẽtia 137
pœnæ ſeruus 40
porcus luxuriæ dedito præſtantior 54 (141
poßidere. poßideri 45
Poßidonius Apamẽ. 141
Praxiphanes Rhodius. 139
præceptũ dare, maioris curæ, quàm nõ dare 3
præſeruatiua 179
principium unum 150
de Principio rerum uariæ philoſophorum opiniones 133. 134
Prodicus 137
progenies ab Adamo uſq; ad Chriſtum ſeptuaginta duæ 120
proſabbatum 172. 174
Protagoras Abderites. 136 (ſanda. 14
prouidentia Dei nõ incu
prouidẽtiæ diuinæ aſſertio. 8. 12
ψαλμωδίαι. 178
Pſaltis locus 70
pulchritudo corporis, ſepulchrũ calce illitũ. 103
pulchritudinis muliebris ſtulta admiratio. 103. (104
Pyrrhus Elæus. 136
Pythagoras Samius. 134. eius dogmata eod.

Q

Quadrageſima. 172. 173

R

Rapina uerè quæ 37
raptore nihil miſerius. 38 & ſceleratius 42. 43
raptorum ſupplicium 36

de Rerum principijs uariæ philoſophorum opiniones. 133.134. inde
rerum uſum tantū habent omnes, dominium nemo 22
retingentes 149
ῥιτλιάσαι. ritlen 129
rituum uarietas. 177.178
in Romanorum theatra, ſcomma 102

S

Sabbatū magnū, et paruū
ſacci geſtatio. 177 (179
ſacerdotes etiam peccatis obnoxios cur Deus fece
ſacerdotium. 169 (rit. 60
ſacerdotium ſacrum. 166
ad Sacerdotium non admiſſi δευτερογάμοι. 168
ſacramentorum uſus. 175
ſalutem noſtram cur Deus uiciſſitudinib. uariet. 11
Samaritiſmus 127
ſanguis Domini nō præter dignitatem cuiquā porrigendus. 71
ſanitati nihil æquè aduerſum, uti ingluuies & ebrietas 52
ſatellitij amplioris deteſtatio 23.25
ſatietas ſola neceſſitate metienda 49
ſecundijugis 166
Senephthy ſacra 147
ſeptenarius creationis & uniuerſitatis index. 123
Septuaginta duorum numerus, LXX. cōprehendi ſolitus. 120 (120
ſeptuaginta interpretes.
Seri. Serri. Seres 143
Serorum mores 143
ſeruis ut ne indigeremus, manus & pedes nobis à Deo dati 23
ſeruorū genus non neceſſitatis cauſa inductū. 23
ſeruorum multitudo reprehenſa 22.23
Sethi ſacra 147
ſex hydriarū in Cana Gal. &c. myſteriū. 120. 121. 122 (gia. 173.174
ſiccorū eſus. Xeropha-
ſimilares partes, omnium principia 134
Sinope 138
ſitim tanto minus extingui,

gui, quanto plus infundes 57
Socrates 154
ſolijugium 166
ſolitas 165
ſcortatores à communione ſacra arcendi 59
ſpectacula eccleſiæ dãnata 180
ſtationes 179
Stratonio Lampſacenus. 139. & Strato. ibid.
ſubdiaconi 167
Suaſimortis cognomen. 138
ſuperbia Deo inuiſa, ut grata humilitas 89
ſynaxes 170. 174
ſyndiaconus 182

T

Templũ ingreſſo quæ cogitanda 63
templis quoſdam, ſpectandis tantum mulieribus abuti 62
terra Deo ex nihilo creata cur 9
terra rerum principium. 134
terræ & animi culturæ ſimile 66
terræ uterus 12
teſtamentorũ formulis ridiculè rerum dominiũ hæredibus promitti. 22
τετρακογὺ 172
Thaletis Mileſij de aqua rerum omnium principio ſententia 133
theatra non frequentanda 61
à Theatris cauendũ, oblectaturo animum. 102
in Theatra Romanorum apophthegma 102
Theodorus ἄθεος 137. 138
Theophraſtus Epheſius. 129
θεωρία 218
Thermuthis ſacra. 147
θεσμοφόρια 144
timor Dei, uera opulentia 27
Tithrambi ſacra 147
tributum dare Chriſtus non detrectat, inexemplum nobis 88
Trieterides feriæ 146
de Trinitate aſſertio & fides

ſides catholica. 150. 151.157.162
Typhonis ſacra 147
V
Veſpera quid primitiuæ eccleſiæ 173
ueſtium ſplendor deteſtabilis 25
uiduitas 165
uinum cur datum hominibus 56
uini defæcati uſus 54
uini uaria genera conquirentium luxus execrabilis 54
uini uſus moderatus. 58
uino non imputandum ebrietatis malum. 56
uirginitas.165. rarum donum 187
uirginitas coniugio prælata ab Apoſtolo. 186
ad Vitia ſuapte natura procliues homines. 6.7
unijuges.unijugium.169
unire.unio 154
uoluptas quid 50
uſus mutui neceßitas ſolerti prouidētia à Deo inter nos conſtituta. 23
uſum tantum rerum habent omnes, dominium nemo 22
utribus plus parci, quàm ſibi parcant ebrij. 57
uxor moroſa, patientiæ ſchola 105
uxor qualis ducenda. 100
uxoris uitia omnia præter ſcortationem toleranda 100
uxorem alterius ſecū habentis tormenta 106
uxorem ducere malum. 101
uxore cōmoda, nihil ſuauius, temperanti. 102
uxores ducturis leges apud Paulum de nuptijs poſitæ prius legendæ 100
uxores neque noſtræ eijciendæ, neq; ab alijs eiectæ recipiendæ. 106

Xeno-

X

Xenophanes Colophonius 135

Xerophagia 173.174

Z

Zachæus monachus laicus tractat ſacra 148

Zacchæi exemplum. 35

Zeno Citienſis.139.140. *Eleates*.135. *Zenones duo*.ibid.

Zichi.Zigæ.Zingi,Zygi 143

FINIS.

ERRATA.

Pap.18.uerſ.8.*homicidam* 26.1. *procella : audi* 27.11. *inutilius id* 30.penult.*coq;* 40.3.*neutiquam* 46.in marg. αἰσχύνης 56.2.*incuſas?* An 57.14.*perangustum* 59.8.*ſpacium,* 78.23.*cuiuſquam* 95.6. *archangelis* 96.20.*inuadentes* & 25.*acerbum eſt.* & 26.*ſunt,* 90.20.*demigrare* 102.14.*emolumentum* 117.19.dele : 132.13. *lubentur* 134.1.*abire* 146.16.Tricteridas 150.23.*patre* 151.17.*antiquū dierum* 151.in marg.Chriſti 168.6.κατα-ξιοῦν 189.15.*priuatim*